ligni quam si dab igni. Nō ignis
lignum cremat est mirabile signuꝫ.
Item reliquie non debent furari q̄te
nus in loco honestiori reponantur.
quia sacrilegium est quotiens aufer
tur sacrum de sacro. vt patet decima
septima questione quarta canone
Quisquis. Sed hoc debet fieri aucto
ritate romani pontificis id est pape.
vt patet de consecratione distinctio
ne prima capitulo Corpora. vbi dici
tur. Corpora sanctoꝛuꝫ de loco ad lo
cum nemo transferre presumat sine
auctoritate principis id est pape.

Tertio queritur de vestibus sanc
torum an sint venerande Respondet
q vestimenta sanctorum dupliciter
poſſunt conſiderari Primo inquan
tum est quoddam lineum pannū.
sic nulla debetur veneratio Scdo
inquantum fuit veſtimentum illi⁹
sancti sic per tactum et induitionem
est ſanctificatū. vt sunt veſtimenta
be ate virginis aquisgrani: et tuni
ca domini sic debet venerari dulie.
nō latrie. corpale i q̄ oñi die corp⁹
cristi conficitur qd est sancti⁹. q̄
tunica cristi. qz tunicam suaz sanc
tificauit in corpore mortali. corpora
le vero. cum corpore immortali et glo
rificato. sic eciam debet venerari veſ
timenta aliorum sanctorum marti
rum virginum et confeſſorum Jdeo
dicit auguſtin⁹. libro primo de ci
uitate dei. capitulo octauo. si prima
veſtis aut anulus aut siquid hu
iusmodi tanto car⁹ est poſterioris
qnto erga parētes est maior effec
tus. nullomodo ſpernenda sunt cor
pora que vtiqz familiarius atqz cō
iunctius q̄ quelibet indumenta geſ
tamus

De adoratione ymaginū ſcōꝝ

Quinto adorantur ymagi
nes ſanctorum et hoc dulie
Jdeo dicit archidyacon⁹
de cō. distinctione tertia. super capi
tulo. venerabiles Qz due sunt ſpeci
es venerationis. ſcilicet latria et du
lia. Ver. Dulia sit ſeruo debetur la
tria cristo Et ſubdit adoramus
cristum diligendo ipſum ſuper om
nia ei reuerenciam exhibendo Sz
adoramus inquit crucem et ymagi
nes reuerenciam eis exhibendo nō
in eis credendo. vel ſuper omnia di
ligendo. vl ſacrificia offerenda. hoc
eſſet ydolatriam exercere. hec ille
Gloſa eciam decreti. vbi ſupra capi
tulo venerabiles. q in latria exigit
caritas dilectionis. et multitudo ſa
crificiorum. et veneracio Jn dulia
vero vnum exigit ſolum qd est ve
neratio. qua poſſum⁹ quamlibet rē
ſacram adorare id est ei reuerenciaz
exhibere. hec gloſa Ex quo patet q
cultus latrie includit dilectionem
dei propter ſe. fidem ſpem et proſtrā
tionez. non ſolum corporum ſed eci
am mentis Dulia vero includit di
lectionem ſeu veneracionem propt
aliud Nam quicqd veneramur du
lia. veneramur propter aliud Jn
veteri teſtamanto ſancti patres a
dorauerunt angelos non propter
ſe. ſed propter deum. cuius fuerunt
nuncij Reges eciam et principes a
doramus dulia per genuflectionem
membrorum Coraz papa ſe reges
et principes proſternunt et eius pe
des oſculantur non propter ſe ſed
propter cristum. cuius ipſe vicari
us est in terris. ſic adoramus yma
gines ſanctorum Circa quod no
tandum q ymago dicitur quaſi y
mitago ſcdm yſidorum et fit prop
ter quatuor Primo. vt ignorate
rei noticiam amplectamur Scdo
vt ad faciēdam ſimilem rem infor
memur Tertio. vt p eā recordem̄

quarto vt cuꝫ cuius eſt ymago ve
neremur. Primo fit ymago vt igno
rate rei noticiam amplectamur Sic
legitur in geſtis alexandri magni.
ꝙ regina candacis inter alios legatos
miſit pictorem periciſſimū. qui diligē
ter conſideraret ⁊ depingeret figurā
⁊ formā alexandri. ⁊ afferret eam ſi
bi Quod factum ē. Poſt paucos di
es cum alexander veniſſet in ſpecie mi
litis. in ciuitatem regine. introduxit
eum in cubiculum ſuū oſtendens ei
ſua magnalia. Dixit alexāder. Iſta
admiratiōe digna eſſent ſi apd̄ gre
cos eēnt. Rn̄dit regina. Veritatē di
xit alexander. Qui vt ſuum nomē au
diuit vehementer expauit Que ait.
Quare mutata ē facies tua qr voca
ui te alexādrū? Et ille. Dn̄a antigo
nus vocor nō alexāder Et illa. Vn̄dā
tibi ꝙ tu es alexander. Et oſtendens ei
ymaginē ſuā dixit Agnoſce hanc y
maginē Ille autem cepit tremere ⁊
palleſcē. Et ait illa. Indos ⁊ medos
ſuperaſti. modo ſine militibus ⁊ ſine
aliquo conflictu cecidiſti in manꝰ re
gine candacis. Cur iraſceris ⁊ per
turbaris? Quid nūc poteſt facere im
perator gloria tua? Et ille Iraſcor qr
non habeo gladium vt occiderem te
⁊ poſtea meipſum. Et illa Ne contri
ſteris. liberabo te de manibꝰ barba
rorum. Secundo fit ymago vt ad
faciendum ſimilem rem informemur
Sic legitur ſeptimo politicorum. ꝙ
geſta virtuoſorum depingi debent.
vt ea iuuenes videant ⁊ ſimilia faci
ant. Vnde narrat quidam expoſitor
Iuuenalis libro primo. ꝙ nobiles ro

mani ſic expoſuerunt actiones ſuas.
ꝙ per ſingulos dies ſummo mane
adibant archas triumphales. In
quibus anteceſſores ſui pingebant
cum armis ⁊ cautelis quibus vicerāt
hoſtes ſuos vt ſic iuuenes illis vi
ſis accenderētur ad virtutes per ima
ginationes geſtorum. Sic etiam pi
guntur geſta ſanctorum. cum libris
⁊ inſtrumentis vt eos imitemur.
Sic nunc in talamis pinguntur ge
ſta fatuorum magis ꝙ ſanctorum.
De quibus hugo in de clauſtro aīe
me Epī domos non impaēs eccleſie
conſtituunt. Pictos delectantur ha
bere talamos veſtiūt ymagines pre
cioſis colorum indumentis. Pauper
ſine veſtibus incedit ⁊ vacuo ventre
clamat ad oſtium. O mira delectacō
troianos geſtat paries pictos pur
pura ⁊ auro veſtitos. xp̄ianis ne
gantur veteres panni. grecorum ex
ercitui dantur arma. hectori clip=
peus auro ſplendidus: pauperi ad ia
nuam clamanti non porrigitur panis
Hec ille. De illis dicit beatus Ber
nardus in apologetico. In clauſtro
inquit coram legentibus fratribus. q̄d
facit ibi illa ridiculoſa ⁊ piculoſa dif
formitas mira quedam deformis for
moſitas ⁊ formoſa deformitas Quid
ibi immunde ſymee. quid feri leones.
quid monſtruoſi centauri. quid ſemi
homines. quid maculoſi tygrides.
quid milites pugnantes. quid vena
tores tubicinantes Videas ſub vno
capite corpora multa ⁊ rurſus i vno
corpore capita multa cernūtur. hic in
quadrupede cauda ſerpentis: illi vt

Illi vt in piſce caput q̈drupedis. ibi beſtia pfert equū capraz t̄ hens retro. hic cornutū aīal. equū geſtat poſteri⁹. tā multa deniqȝ tamqȝ mi ta diuerſaꝝ formaꝝ apparȝ vbiqȝ varietas vt magis legere libeat in marmoribꝰ q̄ȝ in codicibus. hec ille Tertio fit ymago vt p eā recorda remur Hic pigit̄ paſſio xp̄i ⁊ ſcoꝝ de q̄bꝰ de cō. di. iij. c. platū ad nos fuerat q incōſiderato zelo ſuccenſus ſcoꝝ ymagines ſb̄ hac q̄i excuſacō ne adorari debuiſſent ↄfregens Si quidē q̄ eas adorari vetuiſſes oio laudami⁹. fregiſſe v̄o repheudim⁹ dicit ſic frat̄ a q̄ fratre in ſacerdote aliq̄n auditū ē q feciſti Aliud ē em̄ picturā adorare Aliud p picture hyſ tiā quid ſit adorādū addiſcē Nā q legentibꝰ ſcp̄tura. h̄ ydeotis p̄ſtat pictura cernētibꝰ. q̄ ip̄a ignorātes videt q̄d ſeq̄ debeāt In ip̄a legūt q̄ lrās neſciūt. h̄ ibi Ex hijs patet q ymagines in eccleſij̄s habet̄ Prio ꝓpt̄ ſimpliciū ruditatem. vt q̄ neſci unt legē in libro legāt ſaltē in pari ete Scdo ꝓpt̄ affectuū tarditatē. vt q̄ ad deuocōē̄ nō mouēt̄ ex audi tis mouēt̄ ex viſis Tertio ꝓpt̄ me morie labilitatē. vt ſi a meōria la bant̄ audita. ſicut ſepe ↄtigit. q p vnā aurē intrat p aliā exijt ſaltē me morialit̄ tenent̄ viſa ⁊ p̄ncipalit̄ depicta. ſicut d̄r numeri xx. Cū po pul⁹ fuit paſſus a ſerpētibꝰ igni tis. dixit de⁹ moyſi. fac ſerpētē eneū et pone eū p ſigno. q̄ pauſſus aſpex erit viuet. ſuper q̄ dicit Rabi ſalo mon. q in ſerpēte non erat v̄tus ſa nandi. ſ; aſpicientes ſpentē recog noſcebāt afflictōem illaȝ ſibi a deo iuſte factā petētes ab eo miaȝ Hic ſpens figurabat xp̄m p cui⁹ intui tū fide ⁊ deuocōe ſanamur a morbiſ bꝰ ſathane Quarto fit ymago. vt eū cui⁹ ē ymago veneremur. vt d̄r rō. p̄mo Mutauerūt gloriā incor ruptibilis dei in ſimilitudinē yma ginis corruptibil̄ hoīs volucrū ⁊ q̄ drupedū Hic nos n̄ faci⁹ ymagies vt eas tāq̄ȝ deos adore⁹. vtȝ de cō. di. iij. c. Venerabiles. ymagies xp̄i ani n̄ deos appellāt neqȝ ſeruiūt ei⁹ vt dijs neqȝ ſpē ſalutis ponūt i eis neqȝ ab eis expectāt futuꝝ iudiciū ſed ad meōriā ⁊ ad recordacōȝ pri matiuoꝝ venerāt̄ eas: vt adorēt et nō ſuriant eis cultu dīno nec alicui creatuē. h̄ ille Sȝ arguūt nos iu dei ⁊ calūpniāt̄ nos p ill̄d Exodi xx d. Nō facies tibi ſculptile: neqȝ oēȝ ſilitudinē: q̄ in celo deſup ⁊ q̄ i t̄ra deorſū nec eoꝝ q̄ ſūt i aq̄s n̄ adorab eos neqȝ coles Ego ſū dn̄s de⁹ tuus fortis ⁊ zelotes viſitans iniq̄tates priū in filios i t̄tiā ⁊ q̄rtā generaci ones Sȝ ↄtra iudeū ſūt ꝓprij codi ces ſui: vtȝ ſup numeri xxi. vbi dn̄s dixit. fac ſpētē ⁊ pōe eū p ſigno vbi fecit moyſes ymaginē Itē in fab cacōne tabnaculi exodi: xxv: Duo cherubin erāt ſup ꝓpiciatoriū aīal̄ extēſis: q̄ erāt i fōr hūana ⁊ mutuo ſe reſpiciebāt ⁊ erāt intra ſcā ſcoꝝ vbi dabant̄ r̄nſa Vn̄ numeri viij: c dicit̄ q dū igreſſ⁹ eēt moyſes i ta bnaculū audiebat vocē loquentē ſi bi de medio duoꝝ cherubin Rn̄t q

c

tales ymagies n̄ erāt hūane: ⁊ nihil
ſigficabāt. Oppoſitū p3 iij. Re. vij.
Vbi i fabcacōe tēpli legiẗ. Scalp-
ſit q̊q3 ex tabul' ill' q̄ erāt ex ere cheru
bī ⁊ leōes q̄i i ſimilitudie3 hoīs ſtā-
tis. Jdē ij. Paralipo. iiij. ⁊ i trāſlacōe
caldayca. dicūẗ iuuenes. S3 q̄d ꝛ̄pſēta
bāt Rn̄r āgelos. qui aſſiſtūt ɔtinue
dō ⁊ ſēp ſūt an̄ ſedē di. Daniel vij.
Milia miliū miſtrabāt ei ⁊c̄. Jtem
Yſa. vi. Vidi dn̄3 ſedētē ſup ſoliū ex
celſū. ⁊ cherubī ſtabāt ſup illō Jdē
p3 iij. Re. vi. q̄ ſalomō fec̄ duo che-
rubī ex lignis oliuaꝝ i tēplo S3 ad
huc iſtāt ɔtra nos p̄mo vos adora-
tis curuādo genua ā te imagiēs Rn̄r
q̄ adorēm⁹ eos dulie n̄ latrē. quō ab
rahā adorauit filios heth. Gen̄. xxiij
⁊ dd̄ ſaul. primi Re. xxiiij. q̄ tn̄ fuer̄t
ſci. Scd̄o ſe oppoſuer̄t greci romāe
eccleſie deſtruētes ymagines ſcōꝝ.
Quia dic̄ euſebi⁹ i cronica ſua ⁊ mar
tin⁹. q̄ circa ān̄u dn̄i cccccc. xviij.
mag̃ fuit altricatio iẗ grecos et lati-
nos Vtꝝ imagines deberēt poi in tē
pl' ſcōꝝ Quo tpe leo t'ci⁹ imperator
fuit excōicat⁹ ꝓpẗ hoc q̄ fecit deſtrui
imagiēs. ꝓpẗ hoc imperiū fuit abla
tū a grecis ⁊ trāſlatū p ſtephanū p̄3
ad gallicos. Pr̄ia ɔcluſio Hr̄e ymā
gies i mūdo iſto. ē exēplatum a dn̄o
nr̄o ihū xpō. pbaẗ Nā ſcd̄3 iohān̄e
damaſcenū xps ymaginē ſuā i pān̄u
ip̄ſſit et miſit regi abagaro. Jte3 ro
mani hn̄t faciē xpi. quā ipſemet in
pāno ipſſit. quē ſibi obtulit veroni
ca que in eccleſia ſci petri c̄tis tēpori
b⁹ mōſtraẗ. Dicit martin⁹ in cro
nica et hētur idem in legēda de dedi

d

cationē q̄ tēpore cōſtātini imperato
ris in baſilica ſaluatoris rome ymā
go ſaluatoris nō ope hūano ſed di
uino. ꝓpl'o aparuit et manet vſq3
hodie. Scd̄a ɔcluſio Habē ymā
gines btē marie et aliorū ſctōꝝ fuit
exēplatū p̄mo tpe apl'oꝝ. pbaẗ Nā
ſctūs lucas apl'us ⁊ euangeliſta de
pinxit plures ymagines btē marie
virginis quaꝝ q̄tuor aut q̄nq3 rome
mōſtranẗ. Tertia ɔcluſio. licet meri
torie poſſint haberi ymagines xpi
hūanitatis nō p̄t tn̄ haberi ymago
diuinitatis xpi. Prima pars p̄t3 per
Johān̄e damaſcenū li. qu ar. c. viij.
Jnviſibilis inquit ⁊ in corporei et i
circumſcriptibilis dei quis poteſt y
maginē facere? q̄i diceret. Nullus ar
tifex. Et ſubdit. ſūme igiẗ iſipiētie ⁊
impietatis ē velle figurare id qd̄ eſt
diuinū. Jn veteri nāq3 teſtamēto n̄
erāt vſus ymaginū. q2 deus ꝓpter
viſcera mīe ſue ſcd̄m veritatē. fact⁹ ē
hō ꝓpẗ nr̄ā3 ſalutē Scd̄ẽ. ābulauit i
terra. cū hoīb9 ɔuerſat⁹ ē. miracula fē
cit. paſſ⁹ eſt. reſurrexit. crucifixus ⁊
aſſūpt⁹ ē. ⁊ ōnia ſcd̄m veritatē facta
ſūt ⁊ viſa ab hoīb9 ⁊ ſcripta ſunt ad
memoriā ⁊ ad doctrinā nr̄ā3. Scd̄ẽ
Nō ōnes ſciūt neq3 lcōi vacāt Pr̄es
cogitauer̄t velut q̊ſdā tūphos i ima-
ginib9 h̄ deſcribē ad velocē memori
ā. hec damaſcen⁹. Quarta ɔcluſio.
Quāuis t'initas nō poſſit depingi vt
i ſe exiſtit. p̄t tn̄ depigi vt m̄do appa
ruit. Prima ps p̄t3 ex ɔcluſione p̄ce
dēti Scd̄a ps ex cōi practica. Na3
p̄r i diuinis depigi p̄t i effigie antiq̄
dieꝝ i q̄ vidit ip̄3 daniel vt p3 danie

lis·vij· Et ſpūs ſcūs i ſpecie colūbe
In q̄ forma deſcēdit ſup xp̄m Ma-
thei iij · ⁊ marci p̄mo · Et filiꝰ i for
ma hūanitatis· h̄ ptꝫ qꝛ nō ē maior
ratio cur pr̄ nō poſſet depigi i tali fōr
q̄ apparuit ī mūdo ſic filius et ſpūs
ſcūs· Quita ɔcluſio Quāuis ymagi
nes nō ſint latrē adorāde· n̄ tn̄ ſūt frā
gēde aut deſtruēde: Probat̄ de cō·di
iij·c platū·ad nos fuerat ꝙ incōſide
rato zelo ſuccēſus ſb̄ excuſatō e ſcōꝝ
ymagines ne adorari debuiſſēt con
fregeris·ſiꝗdē qꝛ eas adorari vetuiſ
ſes oio laudamꝰ·fregiſſe v̄o reph̄e
dimꝰ·h̄ ille Vn̄ legit̄ i cronica hīnri
ci ꝙ ſcūs leo papa āno dn̄i cccc xliiij
cōgregauit ſynodū in calcedonia in
eccleſia ſcē eufemie v̄gis ⁊ martiris
⁊ ibi ſtatutū ē ꝙ q̇cūqꝫ ymag in es
ſcōꝝ ihoneſte tractauerit q̇ irreuerē
tiā exhibuerit · a cōione fideliū ſepa
ret̄· Itē cōſtātiꝰ p̄pa excōicauit phi
lippū impeātorē eo ꝙ ymagies xp̄i
⁊ ſcōꝝ ⁊ btē v̄ginis dehoneſtauit·
Itē poſt h̄ leo 3ꝰ ipator cū filio ſuo
cōſtantino· Anno dn̄i·ccccccc xviij·
oīes ymagies xp̄i ⁊ btē v̄ginis et
ſcōꝝ i medio ciuitatis cōſtātinopoli
tane cōcremari fec̄ et mltos de ꝓplo
ſibi n̄ cōſētiētes decollari p̄cepit Ido
gregoriꝰ p̄pa 3ꝰ ipꝫ excōicauit· ⁊ vr
bē romanā cū ytalia ab eiꝰ iperio re
cedē fec̄· ⁊ tr̄ſtulit imperiū a grecis
ad gallicos· Que tr̄ſlatio fuit p ſte
phanū ſcōꝫ i choata ⁊ p gregoriū t̄
tiū ɔſūmata· Nō ſūt ergo ymagies
ſcōꝝ frāgēde q̇ dehoneſtāde Cuiꝰ ex
ēpluꝫ r̄tat cirillꝰ in eplā ad btm̄ au
guſtinū dicēs Quidā hēticꝰ peſtifer
⁊ arrianꝰ i eccleſia ſyō gl'ioſi· Iero
nimi ymagieꝫ cernens· Vtinā iq̇t ſic
te dū viuebas meis maibꝰ tenuiſſē
qꝛ te meo gladio iugulaſſeꝫ · Hijs
dictis gladiū euaginās tota vi yma
gis gutturi ifixit· Quā magnꝰ iſte
gl'ioſꝰ Ieronimꝰ·tot faciēs mirabi
lia·potuit eꝗdē imbecillis ymagis
gutturi gladiū ifigē dextra: ſꝫ yma
gine gladiū ⁊ gladio manū qnouſꝫ
reus inotuit extrahē nullatenꝰ fuit
cōpos Mox q̇ꝫ ex pcuſſiōis loco tāq̄
ex hoīs corpe viui·ſāguīs vnda fluit
q̄ vſqꝫ mō ꝓ miraculo declarādo flue
re nūq̄ ceſſat· Eadē q̇ꝫ hora q̄ res ſic
acta ē iudici i ato exiſtēti idē gl'ioſꝰ
Ieronimꝰ cū gladio gutturi infixo
apparēs ꝓ huiꝰmodi offēſiōe vin
dictā fieri poſtulauit. Narrās eꝗdeꝫ
ſibi facta ⁊ h̄ dicēs abijt Stupefac
tꝰ Iudex cū ceteris q̇ aſtabāt ad ec
cleſiā ꝓperās hēticū maū gladiūꝫ y
magis gutturi ifixū tenētē r̄pit Qui
ꝓtinꝰ vt hij viderāt nō fuit cōpos a
gladio manū remouē Captus itaqꝫ
hēticꝰ i ſua ꝑmanens duricia ob ali
ud ſe n̄ dolē n̄ qꝛ viuū n̄ teneret iero
nimū a ꝓpl'i mltitudine lapidibꝫ ⁊
lignis iugulat̄ · hec cirillꝰ Itē Ro
me ē q̇dā ymago v̄gis maie depicta
q̄ q̇dā iudeꝰ cnēs lapidē cōtr̄ eā ꝓiceāt
⁊ mox exiuit ſāguis Qui ſāguis ad
huc ibi appaēt Et nō alia exēpla
i ſmōe d̄ maledcōe Nō ēgo ſt̄ detur
pāde qꝛ epūs cōſecrās ymagies dat
ſingulaēs idulgētias venerātibꝫ eas
Nō legē·de exalta·ſcē cru· Sexto
adorīmꝰ arma xp̄i ſcꝫ coronā lācē ⁊c̄
ꝑpdulie iq̄ntū ex ɔtactu ad mēbra

cruſti fuit ſcificata ⁊ ei⁹ ſangne ſcifi
cata Jdeo dt damaſ:li:iiij:ꝑtio ſuꝫ
lignū vt ſcificatū:ꝯtactū ſci corpis
et ſaguinis decet ē adorādū:claues
indumēta ⁊ lacea ⁊ ſac eiꝰ tabna
cula q̄ fuit pſepe-ſpelūca:ſepulchrū
eius in ſion:dauid ait Adorami⁹ in
loco vbi ſteterūt pedes eius:ſequit
infra Si amatoꝝ diligibil eſt lec
tus:q̄ntomag ſaluatois nri dom⁹
lectus ⁊ ort⁹ ē deſiderabil:dicit aug
li:iiij:de ciui:dei c:ij:⁊ li:v:c:xviij:
Jde dicit valeri⁹ li-v-ꝙ ab vrbe ꝯ
dita-xxxix-rome in medio fori q̄dā
hiat⁹ erat de q̄ fum⁹ valid⁹ aſcen
debat:q̄ rōnoꝝ pplos occidebat Cō
ſulebāt rōni deos ſuos q̄uo ab hac
peſte libai poſſet Rndert dij ꝙ illd
qd rōni optimū haberet in hiatū
pcerēt tūc peſtis ceſſaret Tandē de
uētū ē ad miliciā q̄ ciuitas defende
bat qꝛ in milicia pcellebant rōni
ceteras nacōes-iux illd vg- Tu regē
impio-et a milicia ad aureū militē
ſtrenuiſſimū quē reputabāt optm
iaculū toci⁹ ciuitatis quē adieit miſe
riā ciuitatis ei exponētes Et rnſū eidē
offerētes-ꝙ nō n p eū ciuitas poſſit
liberari eū rogantes q̄ten⁹ in hiatū
deſcendēt q̄ꝫ pabo ānuens ⁊ bonū
cōe diligens-armauit ſe ⁊ in hiatū
ſe precipitē dedit-⁊ ſic peſtis ceſſa=
uit Quid p illud n ifern⁹ intelligi
tur de q̄ fum⁹ dyaboli aſcēdit itoxi
cans totū mūdū:ſʒ aure⁹-i-xpūs ſe
armauit cū cruce lancea ⁊ corona ⁊
ſic deſcēdit ad inferna:⁊ ſic puteū
clauſit ⁊ celum aperuit

Non adorabis deos alienos

Contra illud preceptū fece
rūt quidā gētiles q̄ hoies
pro dijſ adorauerūt ſm ꝙ
dt yſi-li:viii:c:xi:d: Quos pagai
deos aſſerūt hoies olim fuiſſe pdūt
Et pro vni⁹ cuiuſqꝫ vita vl meitis
coli apud ſuos poſt mortē ceperūt
vt apud egiptū iſis:apud cretā iu
pit Jde dicit lactāci⁹ in li:de vera ⁊
falſa relig:c:viij:dicēs Nemo ē tā
incōſideratus qui nō itelligat fuiſſe
mortales Cauſa hui⁹ erroris ē ſep
tuplex Prima fuit dolor nimi⁹ de
amicā alicui⁹ pdicōe ſicut pater a
miſſo filio nimis dolens:ymaginē
ſibi fieri fecit vt ex ꝯtēplacōe ima
ginis habēt aliqd ſolaciū ⁊ i pro
greſſu pter amorē defunctoꝝ cole
re ymagines eꝰ ceperūt-hec cauſa tan
git ſapie-xiiij-di- Acerbo em luctu
dolens pat cito ſibi rapti filij fecit
ymaginē-vt illū q̄ tūc q̄ſi mortu⁹ fu
erat colere tāq̄ deū cepit ⁊ ꝯſtituit
inter ſuos ſeruos ſac ⁊ ſacrificia
Hic pmus fuit cirophanes apud
egipcios Jde dicit magiſter in ſco
laſtica hiſtoria ſup gen-de nino re
ge aſſirioꝝ q̄ fecit ymaginem belo
pri ſuo mortuo-quā ſumma reuerē
cia honorauit Jta vt eciaꝫ reis ad eā
venientibꝰ parceret ⁊ pceſſu tēporis
ceperunt eum homines honorare vt
deū-⁊ deos multiplicare-⁊ quidam
vocauerunt beel-alij baal-alij ba
laim-alij beelſebub Depoſt fuerūt
homines compulſi ad adorandū a ti
rannis-vt patet ſapie xiiij-vbi ſup
dicit-deinde interueniente tempore
conualeſcente conſuetudine hic

error tāq̄ꝫ lex cuſtoditus ē ⁊ tyrāno
rū imperio celebrantur figmēta·hec
ibi·vtꝫ xxiij·que·iiij·īueniunt·Qui
nolebant adorarē ſtatuā mittebant
in ignē· Scđa cauſa fuit veſana
ſupbia p̄ncipū·qui n̄ attēdētes īfir
mitatē ſuā·voluerīt ſe vt deos adorari
ſicut nabugodonoſor qui p̄cepit p̄n
cipi holoferni milicie ſue·vt oēs de
os terre ſue exterminaret·vt ipe ſo
lus diceret deꝰ·vtꝫ Judith iij·No
ta mgr̄m in hiſtorijs ſuper actꝰ apo
ſtoloꝝ qualiter gayus ceſar mādauit
ſe adorari Tertia cauſa fuit adula
cio ſiue deſideriuꝫ qđ minores habe
bāt acq̄rēdi grām maiorū·Hanc
cauſaꝫ poit augꝰ·x·li·de ciui·dei·ca·
viij·ꝙ multa vſurpata ſunt de cultu
dīuino q̄ honoribꝫ deferunt hūanis ſi
ue huilitate nimia ſiue adulatiōe pe
ſtifera Hāc cauſā tāgit etiā lactan
tiꝰ in li·de vera ⁊ falſa religiōe capi·
xv·di·Nō ē dubiū q̄n illis tēporibꝫ
hoīes regē ip̄m ſummis laudibꝫ ac
nouis honoibꝫ iactarē cepert·vt etiam
deos appellarent Deq̄t Sic fieri ſō
let in adulacōe p̄ntis potētie·hec ibi
Et ad huc modernis tēpoibus tales
honores p̄ncipibꝫ attribuūt·vt ſi de
us ē graciofus·ipi graciofiſſimi Si
bonus·ipi optimi·Quarta cauſa fu
it amor reipublice·vt illos pro dijs
adorarent q̄ bn̄ reipublice p̄fuerūt·
Cuiꝰ exēplū pꝫ in octauiano quem
romani ꝓ deo adorare voluerūt·qui
a bn̄ ⁊ pacifice imperabat Vn̄ lactā
tiꝰ vbi ſup̄·Dij crediti ſūt reges ma
ximi ac potētiſſimi ob meita v̄tutuꝫ
ſuaꝝ·ā muneꝝ ā artiū repꝫtaꝝ·cū ca
ri fuiſſent hijs q̄bꝫ iperauert ī memo
riā ſūt ꝯſecrati·hec ille·Aut fuerunt
vrbiū ꝯditoēs·ſic romulꝰ eſt deifica
tꝰ a romanis·vtꝫ p augꝰ·iij·de ciui·
dei·ca·xv·Vbi dicit augꝰ·q̄m eius
morte acciđeat ſol' defectio quaꝫ im
pita multitudo neſciēs mitis romuli
attribuebat: mlto magis xp̄ꝫ debu
iſſent adoraſſe pro deo·qꝛ ī eꝰ morte
eclipſatꝰ ē ſol·Sꝫ q̄re eū ꝓ deo reci
pe noluert Cā hꝰ fuit mltiplex·Pri
ma qꝛ ipis romais nō p̄us apparue
rat·Scđa cauſa qꝛ fides xp̄i omni
um deoꝝ cultū·cui romaī ſuiebāt e
uacuabat·Tertia cauſa qꝛ mūdi de
ſpectū p̄dicabat·Romani āt ābicio
ſi erāt Quarta qꝛ videbat eis deus
nis ſupbꝰ ⁊ iuidꝰ·q̄ ꝯſortē hrē nolu
it De ill' đt lactātius vbi ſup̄·Vt g̃
tiā rferre bn̄ meritis videret ⁊ ſucce
ſſores alliceret ad bn̄ iperādi cupidi
tatē·Hac rōe rōm ceſarēs ſuos ꝯſec
uert·⁊ ſic paulati ꝛligiſioēs eē cepert
Aut fuert vrbiū conditoēs·ſeu viri
fortitudie īſignes·ſeu feīne caſtitate
miabiles·ſūma veneracōe coluerūt·
vt egiptꝰ yſidē mauri iubā·macedo
nes cabaꝝ·peni vranū·latini fanū·
rōni q̄rinū·athene mineruā·Quita
cauſa fuit opeꝝ mag̃tudo·vt mag̃ ⁊
ardua oparet̄ finxert ſe eē filios dō
rū·Hāc rōeꝫ tāgit augꝰ li·iij·de ci·
di·ca·iiij·ex dcīs varronis dicens·
Vtile eē ciuitatibꝫ vt ſe vi fortes etiaꝫ
ſi falſū ſit·a dijs geitos eē credāt·
vt eo mō aīꝰ hūanꝰ·velut dīne ſtir
pis fiduciā gerēs·rēs magnas aggre
diēdas preſumat audaciꝰ·agat ve
hementius·⁊ ob hoc impleat ipſa

ſecuritate felicíꝰ· h̄ augꝰ Vn̄ legit̄
in hiſtoria allexandri magni q̄ ac
cepto vulnē a ſagitta dixit Oēs me
clamant filiū eē iouis: ſꝫ iſtd̓ vulnꝰ
oñdit me eē filiū hoīs De ilꝫ dt lac·
vbi ſup̄ di· p̄terea impietas eoꝝ q̄
ſucceſſerāt· plurimū ꝯtulit ad erro
rē· q̄ vt dīna ſtirpe nati viderentur
dīnos hōres pn̄tibꝫ detulerūt deſer·
riqꝫ iuſſerūt· h̄ ille Ilꝫ edificauerūt
ſimulachra: ⁊ diabolꝰ illa intrauit ⁊
rn̄dit eis ad int̄rogata· q̄ tūc adora
uer̄t· pſ̄ Oēs dij gēciū demōia Dex
cā fuit exm̄ pħoꝝ q̄rūdā· q̄ deū veꝝ
adorādū ꝯgnouer̄t Nō tn̄ docuerūt
deū adorandū· ſꝫ ipi cū ppl̄o ydola a
dorauerūt· Hāc racōeꝫ tangit apl̄s
romanos p̄mo di· Quāuis deū ꝯg
nouerūt nō tn̄ ſicut deū glorificaue
rūt· ſꝫ euanuerūt in cogitacōibꝫ ſuis
d· ſe eē ſa· ſtul· f ſ· ſequit̄ ibidē Mu
tauerūt glām incorruptibil̄ dei in ſi
militudinē ymaginis corruptibil̄
hoīs volucrū q̄drupedū ⁊ ſerpētū ꝛc̄
De ilꝫ dt aug· i li· de vā ⁊ flā· reliḡ
q̄ illi pħi in tēplis adorauer̄t qd̓ in
ſcol̄ culpabāt Sꝫ aug· vi· de ci· dei
c· i· rep̄hēdit ſenecā q̄ in libº ꝯ ſup
ſticōes ydola rep̄hēdit· q̄ tn̄ i tēplis
adorauit· ⁊ dixit· qd̓ adoramꝰ nō p
tinet ad rē· ſꝫ ad morē· pocíꝰ dixiſſet
adorē Cauſā q̄re ſic adorabāt ponit
lactāciꝰ in li· de origine erroris· q̄m
mortē ſocētis timebāt· quē attamen
ppl̄s int̄ficiebat ꝓpt h̄ q̄ vnū ſolū
deū adorare docuit Dicit lactāciꝰ vbi
ſup̄ q̄ Cicero falſa cognouit ydola·
q̄ tn̄ adorauit cū vulgo· ne religiōes
publice perirēt· quē lactāciꝰ ſimilat



ſcienti viam malam eſſe· tamē ince
dens per eam· offendit ſe ꝓpter hoc
vt alios ſe ſequentes in viam du
cat malā Ad offenſā oculoꝝ erunt
ꝓprios· vt alios faciat cecos· pedes
in laqueū ponit· vt ſecū alij capiāt̄
Septimo venit a dyabolo inſtiga
tōe Ideo dt apl̄s ſcd̓e co· i· q̄rto De
us huiꝰ ſeculi· i· dyabolus excecauit
mentes infideliū Nā cupit adorari
ab homine tāq̄ deꝰ Ideo dixit xp̄o
cui oñdit omnia regna mundi· hec
omnia tibi dabo ſi cadēs adorauerꝭ
me· mat· q̄rto Tales ydolatre ſunt
p̄mo maledicti· deutº· xxvij· Male
dictuꝭ homo qui facit ſculptile ⁊ cō
flatile abhominacōeꝫ dn̄o· opuꝭ ma
nuū artificum· ponitqꝫ illud in ab
ſcondito· ⁊ rn̄dit ōmis ppl̄s ⁊ dicit
Amen· Ideo dicit ꝓpħa Simula
chra gencium argē· ꝛc̄ Os habēt et
nō loquent̄ oculos habēt ⁊ nō vide
būt· ſequit̄ Similes illis fiant q̄
faciūt ea ⁊ omnes qui ꝯfidūt in eis
Scd̓o ſūt artifices· ſapie xiiij· In
felices ſūt ⁊ inter mortuos ſpes il
loꝝ· q̄ appellauerunt deos opa ma
nuū Tertio ſūt deridēdi· iēmie p̄mo
Vana ſūt ⁊ opꝰ riſui dignū

Non adorabis deos alienos

Secundo contra hoc p̄ceptū
peccauerūt· qui adorauerūt
ſtellas ſolem ⁊ lunā pro
dijs ſc̄m q̄ dicit· aug̃· li· ij· de ciui· dī
c· xxij· q̄ dī culturā exhibebāt greci
hominibꝫ· caldei aſtris· egipcij beſ
tijs ⁊ ſerpentibꝫ· Romani anſeris
De ilꝫ dicit̄ ſapie· xiij· Aut ignem

ā̄ut c̄itatū̄ aerem̄ aut girum ſtella
rū̄·aut nimiā̄ aquā̄·aut ſolē̄ ⁊ lunā̄·
rcōres orbis terrāꝝ deos putauerūt
De ill̄ dr̄ iiij·Rꝫ·xxi·Exſtruxerūt al
taria vniuerſe milicie celi·A quorū̄
cultu dn̄s volens retrahere ꝑplm̄ iſta
heliciā̄·dicit Deu·iiij·Ne forte ocu
lis eleuatis ad celū̄ videas ſolē̄ ⁊ lu
nā̄·⁊ omnia aſtra celi·⁊ errorē̄ decep
tꝰ adores ⁊ colas ea que creauit do
minus deꝰ tuꝰ·in miniſteriū̄ cūctis
gentibꝫ que ſub celo ſūt·Sed ſi lu
minaria celi ſunt facta ꝓpter gloriā̄
dei·facta ſunt tamē̄ ꝯmuniṫ ꝓpṫ vti
litatē̄ hominū̄·Sed qꝛ ꝑplꝰ iuda
icus fuit ꝓnꝰ ad ydolatriā̄: moyſes
vt ꝑplm̄ reuocaret ab ydolatria·po
nit geñ·p̄mo cauſā̄ finalem ſtellaꝝ
dicens·Fiant luminaria in firmamē̄
to celi· Prima vtilitas eſt·qꝛ de
bēt diuidere diem ⁊ noctē̄·Dies fit ad
operandum·nox ad q̄eſcendū̄ Quia
homo non p̄t ꝯtinue laborarē̄·ſed oꝫ
ip̄m ſopnum capere·in fatigacōis re
medium Secunda vt ſint in ſig
na naturaliū̄ effectuum·ipreſſionū̄·
pluuie·ſiccitatis·caloris·frigoris·ſe
renitatis ⁊ tēpeſtatis·Non aūt ſunt
ſigna euentuū̄ voluntarioꝝ·vt gwer
raꝝ tractatuū̄ ⁊ ꝯſilioꝝ Tercia v
tilitas vt diſtiguāt diuerſas ptes tē̄
poris Eſtatis·veris·autūpni ⁊ hye
mis·q̄bꝫ varia diſponūṫ ⁊ ordinā̄
tur·vſui humano neceſſaria Quā̄
tum ad hoc ſubdiṫ·ī tp̄a·dies ⁊ an
nos·vt diuerſificent dies menſes et
ā̄nos Quarto deſeruiūt hoi quātū̄
ad lucē̄ Jō dicit·vt luceant in firma
mēto celi·Hijs ꝯſideratis trahiṫ ho

m̄io a cultu ſtellarū̄·qꝛ ordinata ſūt
ad ſeruitium hoīs·⁊ ſic ꝯſideāt ſe a
ſtris nobiliorē̄·Sꝫ q̄dā̄ gētiles ad
orauerunt ſolē̄ quē̄ gētiles ꝯſecraue
rūt appollini·vn̄ ſolē̄ appollinē̄ vo
cāt Hic appollo iueit artē̄ medicine
qꝛ videbaṫ vitā̄ p̄ſtarē̄ hoibꝫ curādo
eos ꝯſecrauerūt ei ſolē̄·cuiꝰ calorē̄ cūc
ta aīantia viuūt·⁊ p̄miū̄ diē̄ noīaue
rūt ab eo ⁊ dr̄ Sondach Sꝫ nos x̄
ani n̄ ſolē̄ hūc materialē̄ quē̄ videmꝰ
adorarē̄ debemꝰ·ſꝫ xp̄m q̄ eſt ſol iuſticie
Quia ip̄e illuminat oēꝫ hoieꝫ veiētē̄ ī
hūc mūdū̄ Jo·p̄mo·Et vt ip̄e de ſe
dīt Eo ſū lux mūdi Jo·viij·Vl̄ dicit
Sonedach·qꝛ ī illa die deꝰ nos cū̄
ſo r̄cōſiliarē̄· Secūdꝰ vocaṫ lūā̄ q̄̄i
luinū̄ vnā̄·vt dīt yſido·Illā̄ gētiles
ꝯſecrauerūt dyane·q̄ dr̄ fuiſſe ſoror
appollinis·⁊ dicebaṫ dea viatorū̄·
Et dr̄ dyana q̄̄i duana qꝛ die ac no
cte lucet Et ſcdam feriam ab ea gēti
les noiabāt·⁊ dicebaṫ maendach·
quē̄ errorē̄ q̄dā̄ xp̄iai ſectāṫ ad huc
orātes lunā̄ in nouilunio oñdētes ei
denarios·ac ſi ptātē̄ habēt dādi pecu
niā̄ ⁊ diuitias Quedā̄ muliēs ei oſtē̄
dūt mamillas·vt fiāt fecūde·Tl̄es
ydolatre ſunt aruſpices horarū̄ iſpe
ctores·ī agēdo·ābulādo ā̄ m̄oniū̄
ꝯtrehēdo·Cōtra tl̄es dr̄ xxvi·q̄ſ·v·
Nō licet xp̄iais tradicōes gētiliū̄ ob
ſuarē̄ vel colere elemēta·aut lune aut
ſtellarum curſus·aut inanem ſigno
rum fallaciam pro domo facienda·ā̄
propter ꝯiugia ſocianda·Scriptū̄
eſt enī·Omnia q̄cūq̄ꝫ facitis in v̄bo
aut ī ope oīa ī noīe dn̄i noſtri ihēſu
xp̄iſti facite·gratias agentes deo·

Non tñ reprehendũt ſeminatores ꝛ
tignoꝝ incĩſoẽs Quia luna ẽ mat
omniũ humiditatũ Si ſecarẽt lig
na in plenilunio. ne corroderent a
vermib9 nec nauigatoẽs Quia luñ
p ſuũ motũ cauſat fluxum maris ꝛ
ventũ Nec etiã medici obſeruãtes
ſigna Unde dicit ypocras in princi
pio pnoſticoꝝ de luna dicens Eſt
quoddã celeſte ſid9. in quo oportz
medicũ puidẽ. cui9 ꝓuidencia eſt
mirabilis ꝛ ſtupenda Et galien9 in
cõmẽto de dieb9 creticis dt Certã rẽ
que nõ fallit attendit medicus quã
docuerũt aſtrologi egiptioꝝ. qꝫ per
cõiũctionẽ corpis lunaris. cũ ſtellis
fortũat. ſiũt egretudies t'minabiles
ad bonũ cũ contrarijs v'o cõtra. h' ille
Igit' nõ dpanal' luna ẽ adoranda.
ſed deus q̃ hanc v'tutem dedit lune
pſ Lunã ꝛ ſtellas que tu fundaſti
Sed cur deus voluit ſic lunã ſcdm
incremẽtũ ꝛ decremẽtũ illumiãre or
biculariter Rñt ꝓpt' multa Primo
vt firmamentũ reddẽt' ex hoc ſingu
lari mõ illuiacõis pulchri9 Scdo
vt opus dei apparens mirabilius.
hoiem magis incitaẽt ad cognicõez
et ad laudẽ creatoris ex opib9 ſuis
Tertio ꝓpt' diſtinctõm q̃tuor pciũ
menſis ꝛ diuerſificacõez dieꝝ. in cõ
plectione ꝛ q̃litate varia. que i illo
incremẽto oriũt' put cõuenit inferi
orib9 Tercius planeta vocatur
mars. ꝛ fuit de9 belli Et dicit' mars
ſm pſiõ. a mare qꝛ p maẽs fiebãt
bella Cui9 belli ipẽ dicit' de9 Tamẽ
q̃edã ſũt nacões vbi feie ꝛ maẽs
ſil' pugnant: ꝛ in pugnã vadũt vt
ſcbite Quedã ſole feie. vt amazo
nũ. quedã niſi ſoli mares vt roma
noꝝ ꝛ aliaꝝ genciũ Ideo dicit mgr
Egidi9 in lib° d' regie pn̄cipũ. li. iij
Qꝫ mulieres nõ debẽt bellare. quia
bellatoẽs dñt eẽ mẽte cauti. ſꝫ muli
eres deficiũt in induſtria Scdo de
bẽt eẽ ipauidi reſpcũ mortis. ſꝫ feie
ſũt pauide qꝛ ſũt frigide cõplexiois
Tercio dñt eẽ robuſti corpe ad por
tãdũ arma. ſꝫ feie molles ſũt. ergo
nõ dñt bellaẽ. ſꝫ viri tm̃: ꝓpt' hoc dr
mars a maẽ q̃ fuit ds belli Sꝫ nos
xpiai plueẽs deos belloꝝ veneramur
vt ſũt pn̄cipes t'raꝝ. pſ Dij fortes
terre vehemẽt' eleuati. vt ſũt dux de
burgũdia ꝛ epus colonieñſis ꝛ alij
pn̄cipes. qꝛ mirabilia opati ſũt in
t'ris iſtis Illos venẽmur tanq̃ deos
belloꝝ Illi ſcꝫ gẽtiles vnũ deũ belli
ſꝫ nos plueẽs Uel dr mars a morte
qꝛ effector mortis Opinabant' eñi
belloꝝ pſulẽ apte hũani ſanguinis
effuſiõe placãdũ Ideo t'tia feia ab
eo noiat' ꝛ vocat' Dingeſdach vñ
ding in ãtiq̊ vulgari ſonat iudiciũ
vtꝫ i hijs võbul'. holdinck vndick
qꝛ iudiciũ mortis tribuebãt marti
gẽtiles Dies martis dingeſdach
apd' gentiles teutunicos võbat'. et
in ſignũ illi9 iudiciũ ſanguinis in
ptib9 weſtphalie die martis cele
brãt'. qd' iudiciũ vrigedick appella
tur. ſꝫ nos xpiani nõ martẽ ſꝫ xpm
q̃ ẽ ver9 de9 belloꝝ adorem9 qꝛ ipẽ
dat cetãtib9 victoriã Qrt9 planeta
rũ dr mercuri9 de filia athlãt' geit9
q̃ dicit' fuiſſe iuẽtor mltaꝝ arciũ. q°
in numero deoꝝ reputatus ẽ ꝛ dicit'

Mercurius q̄i medius currēns ē· q2 ſer
mo in medio currit iter hoīes ⁊ di cit
apd̄ grecos hermes· H ſtella q̄ mercu
rius d̄r· fuit ſibi ↄſecrata ſcd̄m genti
les· q̄rta feria ab eo denoīata ē ⁊ vo
cat apud nos gudēſdach ꝉ woneſ
dach in ptib̄ gelrie· Quia apd̄ ro
manos ⁊ lūbardos godan wodan
dictus erat Et ſaxones iuadētes yta
liā reuerſi eiſdē vocabul̄ vſi ſūt· Sꝫ
nos xpriſtiani n̄ mercuriū· qui fuit i
uentor mltaꝝ arciū adorare dēm9· ſꝫ
xp̄m apd̄ quē oēs ſūt thezauri ſapiē
tie ⁊ ſciētie dei abſcōditi· ⁊ ip̄e ē qui
dat ſapiaꝫ poſtulātib̄ Jacobi p̄mo
Et q̄rtā feriā dēm9 deo ⁊ ↄſecrat ſue
tradicōi p ieiuniū vtꝫ de con· diſ· iij·
ca· Jeiunia· vbi d̄r· quarta feria iu
das tradicōem dn̄i cogitauit· ⁊ ſexta
feria crucifixus ē· ergo q̄ in hijs die
b̄ ſine neceſſitate ſoluit ſtatuta ieiu
nia ꝉ cū tradēte tradere· vꝉ crucifigen
tib̄ videtur crucifigē· hec ibi· Ergo
multi religioſi ſūt q̄ q̄rta feria n̄ veſ
cūt carnib̄· Quint9 planeta voca
tur Jupit· q̄ fuit filius ſaturni· q̄ ex
pulit patrē ſuū de creta· ⁊ regnauit p
eo ⁊ p ſūmo deo apd̄ gētiles celebra
tur Et dixert gētiles huc iouē hr̄e po
teſtatē oim̄ cauſaꝝ q̄ ſūt in hoc mū
do Dicit aug9 v· de ciui· di capi· xxvi·
q iouī tonitrua ⁊ fulgura attribue
bant· Ideo quinta feria fuit ab eo
denoīata apd̄ gētiles· ⁊ dicebat don
derdach· q2 habuit ptātē tonandi·
qd̄ fl̄m ē· q2 ſ deus oipotēs cauſat vt
pꝫ Job· xxxviij· Quis dedit vehemē
tiſſimo ymbri curſū· ⁊ viā ſonantis
tonitrui· vt pluēt ſup terrā Deq̄tur

q̄s ē pluuie p̄r· q̄s gēnuit ſtillas ro
ris De cui9 vtēo egreſſa ē glacies ⁊
p̄s· Oia q̄cūꝫ voluit dn̄s fecit in celo
⁊ in t̄ra ⁊ in mari· educens nubes ab
extremo t̄re· fulguā in pluuiā fecit·
Qui pducit ventos de thezauris Sꝫ
mlti xp̄ianoꝝ ad huc venerāt iouē·
ne tonitruū ā vent9 eiꝰ noceāt erro
re excecati Fiūnt eni ille tēpeſtates a
deo aliqn̄ ꝑpt pccā· vtꝫ gen̄· vi· Vi
dēs āt de9 q mlta malicia eēt i t̄ris·
intenta ad malūꝫ omni tpe· Deq̄t
delebo hoiem quē creaui a facie t̄re·
ab hoie vſꝫ ad aīancia· ⁊ factū ē dilu
uiū· Secundo venit ꝑpter quoꝝūdā
deuotoꝝ ipetracōeꝫ· Cui9 exēplū poit
Gre· i li· dyalo· de ſcolaſtica vt fra
trē ſuū ↄpellēt ad ſecū manendum·
tātā tempeſtatem ⁊ pluuiaꝫ impetrā
uit· q ſanct9 benedictus n̄ fuit auſ9
ponē pedē extra domū ſororis· Terciō
veit ꝑpt quoꝝūdā hominum defenſio
nem· ſic ſtelle pugnauerunt cōtra ſi
ſarā Judi· v· Et ſic dicit Aug9 v· li·
de ciui· di· de theodoſio ij· imperatoē·
qui pugnans cōtra Eugenium tyrā
num precib̄ a deo impetrauit victo
riaꝫ· ⁊ in pugnando q̄cūqꝫ iaculabā
tur de manibus iaculabantur in ad
uerſarios· de parte antonij vehemēs
ventus ⁊ tēpeſtas inuaſit eorum te
la· vt in eorum corpora retorqueret·
vt poeta claudian9 quāuis a xpriſti
nomine alien9 in eius laudib̄ dixit·
O nimiū dilecte deo cui militat ether
Et ↄiurata veniunt ad claſſica venti·
Sic etiam roma protecta fuit anno
ab vrbe cōdita· ccccc· q̄dragesimo t̄
tio ſecundum martinum in cronica·

Hanibal veniēs de cāpania cū grā-
dine tāta ſe effudit· vt agmine ſba
vix ad caſtra poſſent redire Deinde
cū ſerenitas rediſſet ⁊ iterato ſe ad
pugnam diſpoſuiſſent· rurſus vio-
lentior venit tempeſtas ꝯpellēs eos
ad tentoria redire Nos igit̄ xp̄iani
non iouem ſed criſtū debemus adora
re· ⁊ ei q̄ntā feriam in memoriaꝫ ſui
ſanctiſſimi corporis inſtitutione conſe
crāre Sextus planeta vocatur ve-
nus· que fuit ſoror iouis ꝓpter eius
pulchritudinem eſt deificata ⁊ in ce
lū tranſlata Et dicit̄ venꝰ a vi· vl̄ a
veneror· q2 venerabat̄ ꝓpter eiꝰ pul
chritudinē· eo ꝙ adhuc fuit iuuenes
et viri hanc deaꝫ venerantes· amorē
bereū habentes· diligentes mulierē
vltra deum· ⁊ omnia creata· ⁊ h̄ deā
amoris ſe ornat peplis corallis ⁊c̄ in
capite ⁊ in pedibꝰ· in corpore cū veſti
bus caudatis· vt ad venerationeꝫ et
amorem viros alliciat· ꝓuerbiorꝫ vl
timo Fallax ⁊ vana eſt pulchritudo
Mulier timens deum ipſa laudabit̄
Illi dee offert omnia bona ſua tem
poralia· ſic eciam mulieres adorant
deū amoris· ⁊ dicit̄ p̄apus ⁊ alio no
mine beelphegor vocat̄ Et diceba
tur ſimulachrū ignominie· q2 cū mag
no mēbro virili formatum De illo
dicit priapo yſidorus li· viij· ethi· c·
xi· Qz fuit quidaꝫ iuuenis de lapſace
ciuitate ⁊c̄: ⁊ ab illa dea feria ſexta
appellata eſt Et dicitur vrigedach
Sed nos xp̄iani non venerem: ſed
criſtum adorare debemꝰ ⁊ eius paſſi
oni ſextam feriā ꝯſecrare· ⁊ ſic apud
xp̄ianos illa feria dicit̄ vrigedach



q2 tunc ſcilicet illa die ſumꝰ liberati
a poteſtate dyabolica Septimus
planeta vocatur ſaturnus· quia quō
dam fuit rex crete: expulſus a regno
per filiū iouem· fugit in italiam ad
ianū primū regem ytalie· ⁊ ibi docu
it rudos hoīes agros colere ⁊ domos
edificare ⁊ nūmos ereos prius inſti
tuit Ideo poſt mortem eius pro deo
colebatur Et hec ſtella que dicit̄ ſa
turnus· ei fuit conſecrata Et ab illa
eſt ſeptima feria nominata ⁊ voca
tur ſaturdach q̄ſi dies ſaturni Nos
xp̄iani hanc diem· non ſaturno ſed
v̓gini marie hāc diem ſingulariter
conſecramus propter q̄tuor Primo
q2 beata v̓go in ſabbato quo xp̄us
fuit in ſepulchro ſtetit ī fide apoſto
lis recedentibus Secūda cauſa eſt q2
ſicut a ieiunio ſexte ferie fit tranſitꝰ
per ſabbatum ad ſolempnitatem do
minice· ita a miſeria preſētis vite vel
peccati fit tranſitꝰ ad ſtatum glorie
vl̄ gracie per beatam v̓ginē Tertia:
q2 tali die legitur multociens· beata
v̓go miracula feciſſe: ⁊ beneficia pec
catoribus preſtitiſſe Quarta ē· q2
apud grecos fuit quedaꝫ ymago be
ate v̓ginis cuiꝰ velamen a nona ſex
te ferie dīna v̓tute recedebat· ⁊ poſt
nonam ſabbati ſimiliter dei virtute
redibat Cuiꝰ miraculi ratio potuit
eſſe· vt oſtenderetur ꝙ precipue tali
die facies beate v̓ginis peccatoribꝰ
orantibus intendebat· propt̄ ꝙ gre
ci diem illam ſolempnem indixerūt
Deinde ad latinos hec conſuetudo de
uenit Hec dies ſabbati eſt ieiunan
da cum lacticinijs· vtꝫ de ꝯſe· diſ· iiij·

c. Sabbato vero ieiunādū racō eui
dentiſſima demōſtrat. infra. ſicut ſex
ta feria ꝓpter paſſionem domini ie=
iunam? . ſabbatū pretermittere nō
debemus. quoniā inter triſticiam ⁊
leticiam temporis illius videtur in=
cluſum Jdē ptz xij. di. c. illa. ďt aug
Mater mea mediolanū me ſecuta.
inuenit eccleſiam nō ieiunantē ſab
bato. cepat fluctuare quid ageret.
Tūc ꝯſuluit ď hac re beatiſſime me
morie ambroſiū epm. ⁊ ille ait. cum
romam venio ſabbatum ieiuno. ſic
et tu. ad quamcūqz eccleſiam vene=
ris eius mores ſerua. hoc ibi

Non habebis deos alienos

Tercii qui peccant contra iſ
tud preceptū ſunt diuina
tores per manifeſtaꝫ demo
nū inuocationem. qď eſt maximum
peccatum. quia ibi fit expreſſum cō
pactum cum demone. de quibꝫ yſaie
xxvi. Dixiſtis. percuſſimus fedus cū
morte. ⁊ cum inferno fecim? pactū
Et adhuc graui? eēt ſi ſacrificiū vel
reuerencia demoni inuocato exhibe
tur Jſti dicunt diuinatores quaſi deo
pleni. nam vſurpant ſibi quod ē di
uinū ſcꝫ pronūciare futura aut occul
ta. Juxta illud yſaie. xxxi. Annūcia
te q̄ futura ſūt ⁊ ſciem? qm dij eſtis
vos. Sꝫ ut dicit ſcūs thomas ſcďa ſcďe
q. xc. v. Quidam predicant futura
pro vt in ſuis naturalibus ⁊ cauſis
neceſſarijs exiſtūt. ſic aſtrologi pro
nunciant eclipſos futuros Quidaꝫ
p̄nūciāt futura ꝓut tales effcūs pex
iſtūt in ſuis cauſis naturalibꝫ. nō ex
neceſſitate ſemp ⁊ frequenter vt in
pluribus. ſic aſtrologi p ꝯiecturam
et ꝯſideratiōnem ſtellaꝝ prenūciare
poſſunt de pluuijs ⁊ ſiccitatibus et
medici de ſanitate vl̄ morte. tales nō
peccant Sed prenūciare tales effec
tus prout in ſe exiſtunt anq̄ fiant.
hoc eſt dei ꝓpriū Si quis ergo futu
ra prenoſcere aut p̄nūciare quocūqꝫ
modo preſumpſerit. niſi deo reuelan
te ſic ꝓphete manifeſte ſibi vſurpāt
qď dei ꝓpriū ē. ⁊ maxime velle illud
ſcire quod futurū eſt. aut occultū. de
monum reuelatione p manifeſtā in
uocationem demonis Tales multe
ſunt ſpecies. vtꝫ xxvi. q. iij. c. igitur
genus diuinacōis a pſis fert allatū
Primi vocantur geomantici a geos
qď eſt terra. ⁊ mancos ďinatio. et ē
qn̄ dyabolus apparet in lapide. aut
ferro aut ſpeculo aut vngue Si in
aqua vocatur ydromancia. ſi in ae=
re aeromācia. ſi in igne pyromācia
Taliter inuocant demonem. qui vo
lunt inueſtigare furtum alicui? rei
tales graui? peccant q̄ꝫ fur Probaꝫ
qꝛ fur tantū peccat contra preceptū
ſcďe tabule Jn qua dicit. non furtū
facies Sed ďinator peccat ꝯtra pre
ceptū p̄me tabule Jn qua dicit Nō
adorabis deos alienos Sꝫ peccatū
contra primam tabulam eſt graui?
peccatuꝫ q̄ꝫ contra ſcďam. qꝛ ille im
mediate peccat contra deum Sꝫ fur
peccat contra proximū Jdeo dicit ex
tra de ſortilegis c. Jn tabulis aut co
dicibus aut alijs furta non ſunt que
renda Et idē in c. ex tuaꝝ lr̄aꝝ Allex
ander terci? ſuſpendit vnū ſacerdotē

p itegrū ānū. q2 cū qdā ſortilego. ad puatū locū acceſſit non ea itēcōe vt deōnē ivocaēt. ſʒ vt iſpectōe aſtrolabij furtū cui⁹dā eccīe poſſʒ deprēdere. licʒ h⁹ ex bō zelo feaſſʒ g̃uit tñ peccauit quod fieri non debet. qa diabolus ſepius infamat innocentem. q̃tenus ſuſcitet lites et diſcordias inter homines: Secundo quia querit ab hijs adorari. Dubitatur vtrum homo poteſt licite vti miniſterio demonū. Videtur q ſic. quia licet miniſterium recipere et auxilium a peccatorib⁹. ſicut elemoſinam ſpiritualē puta inſtructionem. vel etiam corporalem ſicut panem vel huiuſmodi. Ergo a demonibus. Item a malo ſuo poteſt quis exigere ſuiciū et recipere. ergo ſi aliquis ſanctus dyabolum ſuperāuerit. poteſt licite ei imperare. et eius obſequium recipere Itē videtur hoc eſſe licitū exemplo ap̄l'i. qui tradidit incorrigibiles ſathane in interitū carnis vt ſpiritus eoꝝ ſalui fierent. Sed in contrarium eſt et pro veritate arguendum ſic. Non poteſt a diabolo r̄api conſilium abſqʒ peccato. ergo nec miſteriuʒ Añs ptʒ iiij. Rʒ primo. vbi punitur et reprehenditur rex iſrahel qui miſit ad conſulendum deum accaron. Item ex quo dyabolus ē doloſus. conſtat q nullū diligit niſi i malum ſuum. vt per ipʒ peruertat. ergo q̄ ſuſcipit ab eo obſequium cōmittit ſe diſcrimi et omnis talis mortaliter pcc̄at. Pro reſponſione ad dubium ſit hec prima concluſio. Secluſo dei miraculo. aut angeloꝝ concurſu. nulla eſt poteſtas coārcendi demones. per caracteres. figuras aut verboruʒ p lationes. pbat̄ per illō. Job. iiij. Non eſt poteſtas ſuper terram que valeat ei ꝯparari: qui factus eſt vt nullū timeret. Per hoc deſignatur q poteſtas demonis maior eſt poteſtate cuiuſcūqʒ creatuē corporalis. Ide dicit ſanct⁹ thomas ſcda ſcde queſtione lxxxxv. ar. iij. vbi dicitur. Demones enim in curſu huius vite nob̄ aduerſarij cōſtituunt̄. Nō aūt noſtre dicōi ſubdūtur. ſed diuine dicōi et angeloruʒ. Ide Aug⁹. li. iij. de doctrina criſtiana. dicit q ſpiritus deſertoꝝ regunt̄ per ſpiritū iuſtuʒ. Ideo dicit wilhelm⁹ pariſieñs in libro de demonibus. Nihil eſt inquit q poſſit eos cogē. niſi angeli ſancti et creator altiſſim⁹. Nam q diuina poteſtas poſſit eos cogere. criſtiano ñ debet eſſe dubiū. Nam luce. iiij. dicit̄ q criſtus dixit demoni Exi ab illo. et factum eſt. Item homo vel angel⁹ domino auxiliante. et ſpecialiter cōcurrēte. poteſt demonem expellere Ideo ſcribit̄ luc. x. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper demones ſerpentes et ſcorpiones. et ſuper omnē virtutē inimici. Et math. vlt. In nomine meo demoīa eiciēt Sʒ ꝯtra predicta arguitur p illud tobie ſexto. q Angelus raphahel dixit. q ſi de iecore piſcis poneretur ſuper carbones fumus eius exterminat omē genus demoniorum. ſiue a viro ſiue a muliere. Secundo per melodiam expelluntur demones. ſicut habetur de dauid Primo. regum decimo ſexto.

Ad pmū reſpondit nicolaus de lira· ibidē dicēs q fumus non fecit hoc ſ3 p fumū deſignabat̄ v̄tus expulſiua meritoria tobie Cui⁹ merito rapha el expulit demonē ſaram liberando· ꝓpter qd̄ dicit̄ ibidē c·viij·q rapha el reprehēdit demonem ⁊ ligauit cū in ſupiorib⁹ egipti Dic etiā dauid deuotio ad deū ꝯpeſcuit demonē non cithara Et ſic p3 q nō pt ꝯpelli dy abol⁹ aliqua v̄tute corpali ſ3 ſpūali Sequit̄ correlarie Licet demones p inuocationem vocati nōnūq̄ veniūt hoc tñ non coacte ſed fraudulēt̄ qua ten⁹ ipōs inuocatores decipiant· q2 ſūt capitales hoſtes· ⁊ inimici hoīs· q2 nulla v̄tus nature corporee lapi dis vl̄ ligni vel metalli vl̄ herbe· eſt que poſſ3 demones ad aliqd̄ ꝯpellē· quāuis fingant ſe ꝯpelli ab hoib⁹ et aliqn̄ ſubdi· vt per hoc familiaritatē cū hominib⁹ contrahant· ⁊ finaliter eos fallant Patet etiam falſitas ſen tenciū in libris ſuis magicis ⁊ in ſu is exorciſmis expimentis ⁊ carmini bus ⁊ certis verbis ⁊ caracterib⁹ ⁊ fi guris ſignis ⁊ adiuracōibus poſſint eos cogere ad reſpondendū veniēdū ⁊ manendū ⁊ operandū: ⁊ hoc v̄tute artis ſue non imixe v̄tuti diuine· q̄les ſūt quidam bibuli qnq3 concubina rij ⁊ luſores habentes qnq3 exorciſ mos nō approbatos· ⁊ indiſcretos Non attendentes dictum ſaluatoris dicentis· q hoc genus demoniorꝝ nō eicit̄ niſi ieiunio ⁊ oratione Itē debe rent exorciſmos ſuos oſtendere ſuis epis preſertim doctorib⁹ theologie vl̄ iuris an vti poſſent Ex hijs etia3 patet falſitas ⁊ error aliqꝝ falſorꝝ aſ tronomorꝝ· dicēciū ſe poſſe facē ymagi nem ſub certa ꝯſtellacōe· q p v̄tu tem ſuam poſſit cogere demones vt veniant ad illā ymaginem· ad ope randū quedā mira· ⁊ ad dandū reſ ponſa· qd̄ falſum eſt· q2 non coacte ſ3 voluntarie veniunt· vt homines cre dant aliquod numē eē in ſtellis ⁊ ſic ſtellas adorent Dicunt vna3 vetulā noui que credidit ſolem eē deam vo cans eam ſcām dñam· ⁊ aliqn̄ p ſo lem benedixit propter eum ſub cer tis verbis cum obſeruancia quada3 ſuperſtitioſa· que dixit ſe plus q̄3 quadraginta annis ſe credidiſſe h̄· et mltas infirmitates curaſſe Inſu per ſic homines hodie inueniuntur· tam layci q̄ clerici· litterati ⁊ il litterati cum primo viderint nouilu nium· flexis genibus adorant vl̄ de poſito capucio vel pileo capite incli nato adorant ⁊ honorant ymmo plu res etiam ieiunant ipſo die nouilu nij· ſiue ſit dies dominica In qua ſcđm ordinationes eccleſie non eſt ieiunandum· propter reſurrectionis leticiam· que omnia habent ſpeci em ydolatrie ab ydolis relicte De q̄ bus ieremie ſeptimo ſcribitur· q fe cerunt placentas regine celi ſcili cet lune offerendo ei eas Sed volen tes hoc palliare dicunt: q non hono rant lunam ieiunādo ſed deum ⁊ ſāc tos qui incidunt in mēſe lunationis viſe Ecce qualis eſt iſta excuſatio· quia ieiunant quādo non eſt ieiunā dum ſcilicet dominica die: ſed quan do eſt ieiuniū preceptū ipſi minime

ieiūnāt· Secūda concluſio Sicut
demonum inuocatio eſt illicita ⁊ mlꝉ
tum periculoſa: Sic eorum auxilij
imploratio eſt ipi homini valde per
nicioſa Patet primo ex pte dei· quia
zelus dei hoc non patitur ꝙ pro conſi
lio ad āquē recurratur niſi ad ipſuȝ
preſertim in hijs que excedunt hu=
manum iudiciū Quod euidenter oſ
tenditur quarto regum primo· vbi
reprehenditur et punitur rex iſrahel
qui miſit ad conſulendū deū accaron
Sic nāqȝ legiꝉ ibi Cecidit ochozias
rex iſrlꝉ p cācellos cenaculi ſui qꝺ ha
bebat i ſamaria ⁊ egrotauit· miſitqȝ
nūcios dicēs ad eos Ite conſulite be
elzebub deū accaron· vtꝝ viuere que
am de infirmitate hac· Angel⁹ aūt
dn̄i locut⁹ ē ad helyā theſbitē dicēs
Surge et deſcēde in occurſū nūcioꝝ
regis ſamarie· ⁊ dices ad eos Nūqd
n̄ ē de⁹ i iſrlꝉ ⁊c̄· In ſignū hui⁹ p̄cepit
deus deſtrui ydola et aras eoꝝ· diui
nos magos et ariolos Sic fec̄ ſaul
ex zelo diuine legis· p̄° Regū· xxviij·
Quia propter illas deus offēditur
valde et ad puniendum irritatur·
Vnde in reuelationibus ſācte bri=
gitte legitur ꝙ virgo mater maria
dn̄i reuelauerat cuidā ꝙ tuȝ filio ſu
a ſortilegia vel maleficia diſplicerant
ſecundum ꝙ ſcripſit epō neapolita=
no· Nunc inqt ſcias ꝙ in ciuitate
neapoli committuntur horrēda pec
cata· ꝙ mlꝉti hoīes et femine cōſu
lūt malignos ſortilegos et diuina
tores ⁊c̄· Aut ꝓpꝉ amorē mulieꝝ· ā
ꝓpꝉ diuicias cōſequēdas Tales ſūt
maledicti a domino· et gratia ſpūs



ſancti priuati· neqȝ ydonei· ꝙ grātia
intret corda eorum· Ideo dicit aug⁹
in libro de doctrina criſtiana Omnes
hui⁹ modi artes ⁊ noxie ſuperſticio
nes dampnande et fugiende ſunt a
criſtiano· que ex quadam peſtifera
ſocietate hominum et demonum ſūt·
Secundo hoc idem patet ex pte de=
monum· Quia ille qui ſemper ha=
bet malam voluntatem· ab illo nūꝙ
eſt auxilium accipiendum Sed de=
monum voluntas ſemper eſt mala
ſcilicet ad furta et ad adulteria· ad
diſcordias et i aliqꝺ qꝺ ſit ſaluti ho
minum contrariū· Dicente petro in p̄
ma canonica ſua· c· 3° Tanꝙ leo ru
giens querens quē deuoret circuit·
Tertio ex parte hominis· quia iſi de
liter agit contra deum peccato infi=
delitatis deum offendendo· in hoc ꝙ
ad ſuum aduerſarium recurrit· qua
ſi deus non ſit omnipotens Item pec
cato ydolatrie· alteri a deo virtutem
diuinā attribuendo ⁊ oblationibus
et ſacrificijs honorando· Item pecca
to inobedientie prohibicionis dei ⁊
eccleſie eo ꝙ habet familiare cōmer
cium cum aduerſario dei patris et fi
lij eius et eccleſie Propꝉ quod apoſ
tolus dicit ſecunda ad Cor· ſexto
Que conuencio criſti ad belial: lucis
ad tenebras? Item peccat contra ſe
ipſum peccato inprouidencie cōmittē
do ſe periculo magno contra ſapien
tis conſiliuȝ Ecci quinto Ne credas
inimico tuo in eternum Sed quis
maior inimicus hominis ꝙ dyabo
lus qui ſemper querit hominis perdi
cionem? Cuius exemplum dicit ceſai⁹

Quod fuit quidam conuerſus ad quē
dyabolus venit i ſpecie angeli dicēs
Diſce fortiter quia futurum eſt et a
deo diffinitū vt halberſtadeñ fias
epiſcopꝰ Letus ille ſtuduit fortiter
Altera die venit idem dicens Jam
mortuus eſt epiſcopus feſtina ve-
nire ad ciuitatem. Statim miſer de
monaſterio exiēs eadē nocte i domo
cuiuſdam honeſti ſacerdotis hoſpita
tus eſt Vt āt glorioſe ad ſedē veniēt
ante lucem ſurrexit equū ſui hoſpi
tis ſtrauit et eum abſtulit Mane fa
milia domꝰ dampno cognito eum
ſequens apphendit Et tracto ad ſecu
lare iudicium pro furto dampnatꝰ
non cathedram vt epiſcopus. ſed ſi
cut fur patibulum aſcendit Sed di
ceres Nunquid apoſtolus vtebatur
miniſterio demonum cum tradiderat
quendam ſathane vt patet prime
ad corinthios quinto Reſpondet ꝙ
paulus non vtebatur miniſterio dy
aboli cum pacto expreſſo vl' tacito ſʒ
magis diuino iudicio et imperio ipſi
us apoſtoli cui ſubiciebantur mali
gni ſpiritus Diceres ſecundo ꝙ a
malo homine et a malo ſeruo poteſt
quis accipere auxilium vel conſilium
ergo eciam a dyabolo. Reſpondet
quod non eſt ſimile quia ipſius non
eſt membrum omnino preciſum
Quia ſi actualiter non eſt vnitum
pt tñ reuniri. dyabolus penitus eſt
abſciſus et dampnatꝰ. Item Nō ſic
indigemus ſubſidijs dyaboli quia
poſſumus habere ſubſidium dei et an
geloꝝ et proximi noſtri et tribuit pa
ciencie mitum Item ſeruicium dya

holi non eſt ad hoc deputatum a deo
niſi fiat ſpeciali priuilegio Sed po
cius dyabolus deputatus ē ad temp
tandum et exercendum et ſic ſeruit
nobis licet intendat nos impugnaē
Sed de malo ſuo facit deus bonum
noſtrum: Sed adhuc diceres quid
noceret mihi ſi adiutus fuero ſiue h̄
fiat per dyabolum vel per quem aliqꝫ
alium: dummodo obtineam ſbſidiū
ſufficit mihi Reſpondetur ꝙ ymmo
valde nocet Quia ſi prodeſt in corpo
ralibus nocet in ſpiritualibus et aī
me eternaliter Vnde Auguſtinus
libro tercio de ciuitate dei Qui talis
fuerit non ſanus ſed eger eſt nō pru
dens ſed ſtultus eſt. in egritudīe aſ
ſidua laborat et in cecitate noxia ſtul
tus ē et demens permanebit Tercia
concluſio Demon licet poteſt alicui
theſaurum abſconditum reuelare fu
rem aut furtum manifeſtare egritu
dinem ſanare futura ꝓnunciare nul
latenus tamen licet eorum auxilium
pro illis vel alijs ſimilibus implo
rare Iſta omnia patent quia ſolet
communit' dici ꝙ abſconditi theſau
ri tempore antixpi per demonem an
tixpo reuelentur. Hic eciam poteſt
furta et furem manifeſtare Et certū
eſt ꝙ ipſe ſtimulat ad furta commit
tenda ſic ad alia peccata mortalia Sic
ſepe reſponſum dat ꝙ aliquis fura
tus ſit qui tamen eſt innocēs quate
nus ſic diſcordias ſeminet cum ma
giſter diſcordiarum et erroris ſit
Eciam ſcit egritudines ſanaē Quia
ipſe optimus medicus eſt cognoſcēs
valde rerum naturas ſcilicꝫ herbaꝝ

et lapidum que deo permittente ce
leriter poſſunt applicari: et morbos
curare · Etiã poteſt egritudines im
mittere ſicut dicit auguſtinus i libro
de doctrina criſtiana · et habetur · xxvi ·
queſtione · iiij · ca · Sciendum: quod ip
ſi demones ea plerumque prenunciare
ſolent que ipſi facturi ſunt · Accipiunt
enim ſepe poteſtatem · morbos immit
tere · ⁊ ipſum aerem viciando morbi
dum reddere · ⁊ peruerſis amatoribus
terrenorum comodorum mala facta ſuadē
de quorum moribus certi ſunt quod ſint eis ta
lia ſuadentibus conſenſuri · Suadent enim
miris ⁊ inuiſibilibus modis per illam ſub
tilitatem corpora hominum nõ ſencientium penetrã
do ⁊ ſe cogitationibus eorum per quedam ymag
naria vaſa miſcendo ſiue vigilantium
ſiue dormientium · Aliquando autem non que ipſi fa
ciunt ſed que naturalibus ſignis futura
pnoſcunt · ⁊c · Sequitur · quod etiam poſſunt
alicui ſuam mortem predicere · ⁊ in
firmitates prenunciare · Sed non eſt
tutum pro infirmitatis remocione e
orum auxilium inuocare: vt patet quar
ti Regum · primo In ochozia rege
iſrahel · Correlarium primum · Quod huius
modi vani diuinatores · ſortilegi · ni
gromantici et cetera · debent puniri ·
et quandoque expelli vel acriter cor
rigi · ne alios reddant nequiores ·
Quia dicit apoſtolus prime ad cori
thios · v · Modicum fermentum to=
tam maſſam corrumpit Et vna ouis
contagioſa · totum ouile facit morbi
dum · Hoc tenetur pre ceteris cura
ti · ⁊ prelati · quibus incubit diuinum
gregem informare · quatenus huiuſmo
di periculoſos ⁊ periculoſiſſimos er



rores valeant extirpare quoniam
horum obſeruantia · multum vergit
in animarum periculum · et ſcanda
lum eccleſie ⁊ dei blaſphemiam Et eſ
ſet multum expediens · quod eſſent viri
docti in magnis ciuitatibus et vil
lis circumiacentibus quorum doctrinis
⁊ erudicionibus hee ſuperſticioſe ⁊ noxie
vanitates deleretur et in villis eſſet
neceſſarium · maxime quia inter ruſticos maxi
me viget talis error · Quam periculoſa
ſit demonum inuocatio patet per ta
le exemplum quod ponit ceſarius diſ ·
v · c · iiij · Cum plures ex diuerſis regi
onibus ſcolares in ciuitate toloſa ſtu
prodeſſent quia quod ineſt a natura
vbiq; ⁊ ſemper ineſt· Sed hoc eſt
falſum qꝛ ſolum preſunt aliquando
illis qui adhibent fidem· quod ſit
quodam pacto implicito demonū·
Noui enim quandam mulierem q̄
patiebatur dolorem oculorū· Acceſ
ſit autem ſcolas interrogans an ne
ibi eſſet ſcolaris· ſciens ſcribere lrāȝ

contra infirmitatē oculoꝝ: que etiā
ꝓmiſit ꝓpinam. Venit vnus dicēs
ſe ſcire ſcribere illā lrāz. quā ⁊ ſcrip
ſit ⁊ clauſit ligās eam in quodā pā
no precipiens ei ꝙ nō aperiret. Mu
lier aūt accipiens illam lrāz ⁊ eam
portauit. ⁊ ſanata fuit. Finalit̄ aūt
volens ſcire ſcripturam illius lrē et
vͦtutem verboꝝ aperuit eā ⁊ cuidā
tradidit ad legendū. Cōtinebat em̄
verba ignota ⁊ ſcandaloſa cū carac
teribus. ⁊ in fine fuit ſcriptū. Dya
bolus eruat tibi oculos: ⁊ reponat
tibi lutū in eos. Sed vnde habuit
ſanitatē niſi a demone. q2 adbibuit
fidem huic lrē. Scdo illa verba nͦ
habent hoc a dignitate. q2 tunc dig
ni⁹ eſſet portare pat̄ noſter qͦd fecit
criſtus aut euāgeliū Johā. Tertio
non habent hoc ex inſtitucione ſicut
verba quib⁹ cōſecratur corpus xpi
Talia ergo ſcripta ſunt totaliter re
pudiāda Vnde dicit Aug⁹ libro vij.
de ci. dei c. xxxiij. ꝙ quidam cuſtos
porcoruz reperit vnum librū cōtinē
tem ſcripturam perniciosam. qui lib
fuit allatus ad conſulatum romano
rum. quem ꝯſulatus deſtruxit ne veni
ret ad noticiam alioꝝ ⁊ inficeret
eos. Si hoc gentiles. quid non fa
cerēt criſtiani. Legit̄ actuum xix. ꝙ
mlti ex eis q̄ fuerāt epheſi cōtulerāt
libros ⁊ cōbuſſerunt coram omnib9
⁊ cōputato precio eorum inuenerūt
pecuniam denarioꝝ quinquagita
milium. Ita fortiter creſcebat vbū
dei ⁊ confirmabatur Si hoc fecerūt
illi de libris dyaboli ⁊ inutilibus qd
facere non debent criſtiani. Hodie

p̄ꝓch dolor apud quoſdam criſtia
nos magis comparantur ſcripture fa
buloſe ꝙ religioſe. ⁊ ꝓphane ꝙ ſane
Audiui ꝙ quidam voluit vendere li
brum artis magice pro mille flore
nis. ⁊ alius emit. Secundum docu
mentum. Omnes cartule ⁊ ligature
continētes nomē criſti ⁊ verba vir
tuoſa ſunt culpabiles ſi eis iungant̄
caracteres ignoti atq3 verba ſuper
ſticioſa. Probatur per auguſtinum
ſuper Johannem ſmone. vij. Fin
gunt inquit ſpiritus maligni vm
bras quaſdam honoris ſibimetipis
vt ſic decipiant eos qui ſequūt̄ criſ
tum. Sequitur Jam non poſſunt ſe
ducere criſtianos vt dent venenum.
Ergo addūt mellis aliq̄d vt ꝑ illud
quod dulce eſt. lateat illud quod a
marum eſt. Hec aug⁹ Idem tenet
archidyaconus in roſario xxvi. q. v.
Non liceat Idem patet xxvi. q. vlti
ma. c. Nō obſeruetis Vbi dicitur.
Qui in collectionibus herbaruz car
mina dicunt aut pictaciolas ꝓ qua
uis infirmitate ſcriptas ſuper homi
nes aut animalia ponūt preter ſim
bolum ſcilicet Credo in deū patrē om
nipotentē creatorem celi et terre. et
in ihm̄ xpm̄ filium eius ⁊c. Et oratio
nem dn̄icam ſcilicet pater noſter q̄
es in cel̄ ſāctificet̄ nomē tuū ⁊c. Se
quitur Sciant ſe fidem criſtianam
preuaricaſſe Noui mulierē que vo
luit facere diuorcium inter duos ſe
mutuo amantes propter quod debe
ret ſallariari. ſcripſit in cartulis du
os caracteres ignotos cum tamen a
lijs duobus deuotis verbis. et cetera

Et dedit cartulas vt portarent ⁊ nul
la ſeq̄bat̄ diuiſio Secūdo ſcripſit
hec eadem in caſeo ⁊ dedit illis ad co
medendum Accepit pullum nigrū
⁊ diuiſit ꝑ mediū ⁊ obtulit vnā ptē
dyabolo ⁊ aliam dedit ad comeden
dum illis duobus Tunc ſequebat̄
maximum odiū inter eos ſic ꝙ vnꝰ
alium videre non poterat Vnde hoc·
niſi quia demon habuit tūc offerto
rium ſuum Ergo in illis caracteribꝰ
ignotis·ſemper fit cum demone pac
tum impliatum aut expliatum Ex
hijs patet correlarie ꝙ grauiter pec
cant illi·qui ſapientes volunt fieri ꝑ
arte m notoriam Ideo ſanctus tho
mas ſcd̄a ſcd̄e queſtione lxxxxvi·ar
p̄mo dicit ꝙ ars notoria inefficax
eſt ⁊ illicita·quia vtitur quibuſdaz
ad ſcienciam requirendam que non
habēt ſecundum ſe virtutem cauſan
di ſcienciam ſicut in inſpectione qua
rundam figurarum ⁊ in prolacione
quorūdam ignotorum nominum
Ideo huiuſmodi ars nō vtitur hijs
vt cauſis· ſed vt ſignis non diuini
tus inſtitutis ſicut ſacramenta· ſed
a demonibus Et infra dicit ibidem
Eciam huiuſmodi ars inefficax eſt
ad ſcienciam acquirendam quia nō
fit per modum naturalem homini ſci
licet ad inueniendo vl' addiſcēdo Er
go ille effectus expectatur a deo vel
a demonibus A deo ſicut Salomō
tercio regū q̄rto Et criſtꝰ diſcipulos
dicens luce viceſimo p̄mo· Ecce ego
dedi vobis os ⁊ ſapienciam quibus
non poterunt reſiſtere omnes aduer
ſarij veſtri·ſed demon non poteſt illu
minare intellectum hominis·ergo·
Terciū eſt documētum ꝙ herbas
v'tuoſas ſine addicione ſupſticioſō
rum verborum licitū eſt ad colla ſuſ
pendere infirmorum· probatur Si
cut ſe habent lapides v'tuoſi contra
certas infirmitates: ſic ſe videtur ha
bere multe herbe contra infirmitates
Sed lapides precioſi propter eorū
v'tutes licite in collo ſuſpenduntur
aut in anulo portantur Vnde dicit ar
chidyaconus in roſario viceſima ſex
ta·queſtione q̄rta·non liceat dicens
ꝙ ex illo capitulo colligitur ꝙ i her
bis eſt v'tus ſicut ⁊ in verbis Et in
fra Nec mirum ſi eſt in lapidibus
Racionem multiplicem huiꝰ aſſig
nat albertus i libro mineralium ꝑ
cuius confirmacione recitat magiſt̄
in ſcolaſtica hiſtoria ſup exod'·capi
tulo quinto·ꝙ cum filia regis ethio
pum nomine thaurꝰ maxime dili
geret moyſen·nolēs eius preſencia
carē· ipſe moyſes vir peritꝰ aſtrorū
duas ſculpſit ymagines· vnam me
morie·aliā obliuionis· ⁊ anulis eas
inſeruit quarum vnam ſcilicet meō
rie obtinuit· ⁊ aliaz filie regis dedit
Sic ꝙ illa v'tute lapidis ⁊ ymagi
nis obliuiſcebatur de moyſe Et licz
multi lapides habeant diuerſas vir
tutes contra diuerſas infirmitates·
multi tamen lapides precioſi reputā
tur plus ex fama ⁊ opiniōe hominū
ꝙ̄ ex veritate prout prolixe produxit
laureatus poeta franciſcꝰ petrarcha
libro primo de remedio vtriuſqz for
ne capitulo xxxiiij·dicens Si omni
um que de hijs dicuntur aut ſcribūt̄

pars ſeptima vera eſſz· ſed nec ſep
tuageſima vera ē neqȝ pfecto cēteſi
ma· q̄ſi vt plini⁹ ait nl'la fraus vite
lucroſior quis miretur ſi ꝛ nulla nu
meroſior· Sequitur ibidem· Vulgi
habet opinio ebrietati reſiſtē ame
tiſtos· Paruȝ ne igitur cauſe ſit cur
ebrioſoꝝ poculis hec gemma deſer
uiat⁹ Sequitur· De qua triūphaē
ſobrietas ſola poteſt· Hec ille· Sic
etiam herbe virtuoſe poſſunt portari
ad collum· Hoc eſt verū ſi ſine aliq̄
ſuperſticione portantur aut carpunt̄
vt carpenda per anulum aureuȝ aut
argenteum aut herbā carpendo i die
dominica aut infra miſſam· Si non
carpatur non deberet habere illam
virtutem hoc eſt ſuperſticioſum aut
portare hanc herbam propt̄ aliqua
fortuita ex triſece ventura· illicitum ē
Vnde· Aug⁹ li· ſecundo de doctrina
criſtiana· c· xxix· Aliud eſt inq̄t dicē
Illam herbam ſi biberis venter tu⁹
non dolebit· Et aliud eſt dicere· Illā
herbam ſi collo ſuſpenderis· vēt tu⁹
non dolebit Ibi probatur contēpan
cia ſalubris. Hic ſuperſticioſa ſigni
ficatio dampnatur· Solent enim
homines in almania in vigilia ſanc
ti Johannis baptiſte portare in zo=
nis aut cingulo herbam que dicitur
arthemeſia Ad quid valeat nōdū
legi· Sed fert̄ q̄ fiat contra pūctu
ram cuiuſdam neſcio cuis vel vmis
Illa naturaliter timet arthemeſiaȝ
quod ad collum portetur per modū
ſerti vel cinguli· Si autem portetur
ꝓpter aliquem euentum fortuitum
a vetulis predicatuȝ· puto q̄ tūc ſit

ſuperſticioſum talem herbam portā
re· Vnde Archidiaconus in roſario
dicit xxvi· q· vij· c· Nō licet· Cingē
domus lauro aut viditate arborum
non eſt peccatum niſi illis qui cre=
dunt aliquid ſibi acquiri aut deperi
re niſi hoc ipſi faciant ex conſuetudi
ne· alias condempnemus gallicos
qui coronas deferunt lauri Vnde di
cebat Johannes de d̄o q̄ hoc intelli
gendum eſt cum quis ponit in hoc
ſpem p̄ter deum· Hec archidi· Sȝ
quid eſt de illis qui portant reliq̄as
ſanctorum ad collum De illis dictū
eſt ſuperius in ſermone de adoratiōe
ſanctorū· Si portant̄ ex fiducia dei ꝛ
ſanctorū nō eſt illicitū· Sȝ ſi portā
tur nōn ex fiducia dei ſȝ ponendo ſpem
ſuā i aliqua creatura ē illicitū· Dicit
etiam lilium medicine particula
Secunda· c· xxxiiij· q̄ cum aliquis
epilenticus· i· patiens morbum ca=
ducum cum eſt in pexiſmo ·i· in paſ
ſione ſua. Si aliquis ponit os ſup
aurem patientis ꝛ dicat ter illos v̄
ſus ꝑal dubio ſtatiȝ ſurget Verſ⁹
Jaſper fert mirram melchior thus
baltazar aurum Hec tria q̄ ſecū por
tauerit nomina regum· Soluitur a
morbo dn̄i pietate caduco· Et ſubdit
ille autor· Si ſcribantur ꝛ portent̄
in collo perfecte epilenticus curetur
Dicitur etiam q̄ pater vel mater vel
amici ieiunent tribus diebus ꝛ poſ
tea vadant ad eccleſiam ꝛ audiāt
miſſam ꝛ poſtea ſacerdos fidelis di
cat illud euangelium quod dicitur
in ieiunio quatuor temporum poſt
feſtum exaltationis ſancte crucis·

vbi dicitur Erat ſpumans et ſtridēs Et hoc genus demoniorum nō eiicit' niſi in ieiunio et oratione Poſtea ſacerdos ſcribat illud euangeliū et ſuſpendat ei ad collum Procul dubio pfecte curetur Anglici etiam confidētiſſime credunt et aſſerunt q ſi de auro et argēto qd rex anglie offert ſuper crucem in die paſceues fiat anulus q̄ cito epilentico ponitur ad digitum in paſſione exiſtens tam cito ſurgit et nūq̄ plus patitur q̄ diu tenet anulum in digito Si quis etiaȝ haberet anulum talem et non daret pacienti ſi videret iacentem. ſtatim anulus pderet illaȝ v̓tutem Ex hijs ſequitur q licitum eſt bibliam ſeu euangelium ponere ſ̄btus membrū infirmoꝝ Patet per auguſtinū omeli a ſeptima ſup iohannem ſup illō iohannis Rabbi qd̄ interpretatur magiſter Nam cū caput inq̄t tibi dolet laudamus ſi euangelium ad caput poſueris et nō ad ligaturam cruris Sequitur infra Si ergo euangeliū ad caput ponitur vt quieſcat dolor capitis. ad cor vero ponitur vt ſanetur a peccatis. hec aug? vbi ſup̄

Documentum quartum Contra morbum hominū vl' animaliū licite adhibetur criſti nominis inuocatio aut deuote orationis vl' adiuracōis ſuffragiū pſuppoſita illa triplici diſtinctione in pmo dicto Sicut poteſt fieri tripliciter in ſcriptura. ſic etiaȝ in placione verbōꝝ Patet Nam actu. tertio habet Petrus et iohānes aſcenderūt in templum et in nomine ihesu criſti claudum curabant dicendo In nomine ihesu criſti ſurge et ābula Idē patet de oracione contra dolorem vl' morbum per beatū auguſtinum ix. confeſ. c. iiij. qui ad dolorem dencium precibus et oracionib? amicoꝝ ſuorum fuit liberatus. dolore inquit dencīū tunc cruciabas me et cū in tantum ingraueſceret vt non valerem loqui. aſcendit in cor meū admonere omnes amicos meos qui aderant vt deprecarentur pro me deum ſalutis omīs Et ſcripſi hoc in cera et dedi eis vt legerent Mox vt genua ſupplici affectu fleximus fugit dolor ille. hec Aug? Idem patet in legenda tiburcij et ſuſanne Cum tiburcius quadam die tranſiret occurrit homini qui de alto lapſus fuerat et ita caput et omnia membra quaſſauerat ut de ſola ſepultura eius ageretur. iuxta quem ipe acceſſit et cepit dicere ſuper vulnera eius orationem dominicam et ſimbolum. Et ita fact? eſt homo ſolidatis menbris et incolumis quaſi nihil contigiſſet ei mali Tertio nō minus eſt licitum vti certis oracionibus deuotis ſine admixtione ſuperſtitioſoꝝ verborum ad expellēdum corporalem morbum q̄ ad expellendum demonem et malignum ſpiritum Sed per oracōnem deuotā demonem expellere eſt licitum. ergo maior eſt vera Minor patet ex cōſuetudine eccleſie que āte baptiſmum puerorum vtitur adiurationib9 quibus demon expellitur Et criſt? marci vltimo dixit In nomine meo demonia eiiciēt Et tricesimatercia. q. pma ſi p ſociarias Ibi dicit' q maleficia

debent curari per exorciſmos. Tertio
licitum eſt deum adiurare pro ſani
tate mentis ⁊ corporis vt de⁹ liberet
nos a malo mentis ⁊ corporis. Ideo
dicimus. Per miſteriū ſancte in car
natōis tue. libera nos domine. Per
natiuitatem tuā. Libera nos domine
Per circūciſionē ⁊ oblationē tuā. Li
bera nos dn̄e. Per baptiſmū ⁊ ieiu
niū tuū. Libera nos dn̄e. Per paſſio
nem ⁊ crucem tuam. Libera nos do-
mine. Per mortem ⁊ ſepultura tuā
Liberā nos dn̄e ⁊c̄. Tales orōnes di
cuntur adiurationes ⁊ obſecratiōes
Ergo ſup̄ vln⁹ vel cōtra febres poſ
ſum licite dicere. Ihesu criſte p̄ vul
nera tua rogo te vt vuln⁹ hoc homi
nis vel animalis ſanes. Sicut ſocra
ſymōis liberaſti a febribus: ita hūc
hominem. ſine tamen nominibus ig
notis ⁊ ſignis ſuperſticioſis qualia
ſigna nōnūq̄ antique vetule facere
ſolent. Vnde magiſter in ſcolaſtica
hyſtoria ſuper actibus apoſtoloꝝ
c. xix. dicit q̄ apud athenas quidā
cecus coram paulo ⁊ dyoniſio tranſi
uit. Et dixit dyoniſius paulo. Si
dixeris illi ceco In nomine criſti ihe
ſu vide ⁊ viderit. ſtatim credam Sꝫ
forte noſti verba magica cum qui
bus facis. Reſpōdit paulus. Vt tol
latur omnis ſuſpicio. dicas tu illa
verba. In nomine ihesu criſti nati
de virgine vide. Quod cum feciſſet
dyoniſi⁹. ſtatim cecus vidit. Et cre
didit dyoniſius ⁊ fcūs ē criſtianus.
Nec tamen volo dicere q̄ tā audac
ter ⁊ quaſi preceptorie ſicut apoſto
li dixerunt. dicere debent. Neqꝫ etiā

omnes debent dicere ī differēt: ſed
ſolum viri ſancti Vnde dicit monal
dus in ſūma ſua titulo de ſortilegio.
quid peccant mortaliter? Reſpondet
cātibus qui carminant infirmos. nū
Quid de carminātibus ⁊ carmina
Si nil ſuperſticioſum dāt aut docēt
aut faciunt. ſed tm̄ vtuntur licitis p̄
cibus ⁊ adiurationib⁹ ſicut per paſ
ſionem ⁊ crucem ⁊ ſimilia. ⁊ ſi talia
fecerint non peccant niſi poſt probi
bicionem factam ibi ab eccleſia Sꝫ
tamen dicendum eſt q̄ probibendi
ſunt viri ⁊ mulieres a talibus quia
multa inutilia ⁊ ſuperſticioſa ſolēt
admiſceri niſi forte ſit ſacerdos aut
religioſus aut diſcretus aut etiam
laycus ſiue vir ſiue mulier excellētis
vite ⁊ probate diſcretionis. quia ſu
ſa oratio eſt ſuper īfirmum. non ſu
per pomum ⁊ pirum aut cingulum ā
ſimilia. Iuxta illud marci vltimo.
Super egros manus imponent. et
bene habebunt. Nec ſunt huiuſmo
di perſone probibende a talibus niſi
forte quo ad exemplum illorum. in
diſcreti ⁊ ſuperſticioſi carminantes
ſibi vſurpent abuſum. miniētes ſe
exemplo illorum. Hec monaldus.
Nam modernis temporibus carmi
natrices faciūt multas ſuperſticiones
Signant enim morbos hominuꝫ cū
caracteribus ignotis ⁊ verbis ſuper
ſticioſis. Quedam enim vetule men
ſurant caput dolentis cum cingulo ā
cum filo non bulito. dicendo in aurē
infirmi. Ignis non indiget calefac
tione. ceruiſia non indiget potatiōe
⁊c̄. aut alia verba ⁊ ſigna dyabolica

Ideo eccleſia inhibꝫ illa vtꝫ xxvi. q viij. c. Admoneant fideles ſacerdo= tes populos vt nouerint magicas ar tes incantacōesqꝫ quibuſlibet infir mitatibꝰ hominū nil poſſe remedij ꝯ ferre Nō ei poſſunt aīalibꝰ languē tibus claudicantibuſue vel eciam moribundis quidꝙ mederi ſed eſſe hec laqueos et inſidias antiqui hoſ tis quibus ille perfidus gen⁹ homi num decipere nititur Et ſi quis hec exercuerit ſi cleric⁹ degradetur. ſi lay cus anathematiſetur Hec ille Ibi dem c. non obſeruetis. Naꝫ demoēs ſepe immittūt morbos in hominibꝰ vt tales carminatrices demonem in uocent et honorent. vt patet xxvi. q. iiij. c. ſciendū. et dicit auguſtinus Sciendum eſt illos plerumqꝫ pnū ciare ea que ipſi facturi ſunt Accipi unt enim ſepe poteſtatem morbos in mittere et ipſum aerem viciādo mor bidū reddere. et peruerſis atqꝫ ama toribus terrenorum cōmodorum ma lefacta ſuadere. hec ibi Qꝫ autem ae rem poſſunt viciare patet per valeri um libro primo de miraculis vbi dt Triennio ꝯtinuo vexata peſtilēcia ciuitas romana cum finem tanti ma li tam diuturni neqꝫ diuina miſericor dia neꝫ humano auxilio imponi vi deretur cura ſacerdotum inſpectis ſi billinis libris aīaduertunt non ali ter priſtinam recuperare ſalubritatē poſſe. niſi ab epidauro inſula eſcula pius. i. filius appollinis eſſet accerſi tus Miſſis itaqꝫ legatis vnicam fa talis remedij opem auctoritate ſua q̄ iam erat in terris ampliſſima ſimu lacbrū romani portauerunt et ſta tim peſtis ceſſauit Hec valeri⁹ Au diui de quodam medico periti ſſimo qui debebat curare vnum habenteꝫ tibiam putridam. adhibuit omne genus medicaminis ad curandum: ſed finaliter non potuit Quo dimiſ ſo adducta fuit vna vetula que ſuis carminibus tantū demonem infeſta uit ꝙ dyabolus reſpōdit de crure di cens ꝙ eſſet ibi ipē met quintus in illo crure et nulla arte poſſet expelli. niſi p artem illius vetule. que demo= nes inde expulit et hominem in crure ſanauit Cur hoc dyabolus fecit niſi perfidiam illius vetule confortaret et confirmaret Noui quendā in yta lia qui habuit illam graciaꝫ ſi tamē gracia debeat dici. qui ſanauit oēs epilenticos cum quibuſdam verbis et ſignis legendo euangelium ſuper eos. quod legitur feria qrta in qua tuor temporibus. vbi dicitur Et erat ſpumans et ſtridens etc legendo illō verſus quatuor partes mundi Cita tus fuit tandem per ſuos ſuperiores et interrogatus ab eis. quibus ver bis et modis hoc perficeret dixit eis verba ſigna et modū et pres viderūt ꝙ multas ſuperſticiones immiſcuit Et inhibuerunt ſibi ne deinceps hoc faceret

Non adorabis deos alienos

Septimi ſunt qui peccant cō tra illud preceptum et ſunt illi qui ſompnia obſeruāt de quibus deutronomij xviij. Nō ſit in te qui ariolos ſciſcitetur. nec qui

obſeruet ſompnia ſicut quidam gē tiles quibꝰ demōes in ſōpnis appa ruerunt reuelando eis futura. Hec vocat diuinatio ſōpnioꝝ. Circa qḋ notandum ꝙ quatuor modis contin git peccare circa ſōpnia. Primo cre dendo illud phantaſma quod incub⁹ dicitur ſcḋm medicos qḋ in ſōpnis contingit ⁊ apparet ꝙ ſit quedam vetula antiqua calcans corpa. cadēs ſuper hominē tanq̄ ſaccus plenus auene. ⁊ mltas alias fatuitates cre dunt vulgarēs de illo phantaſmate quod ē ſane fidei cōtrarium. Dicunt aūt medici quod euenit illis qui fre quēter dormiūt reſupini ſup nimia repletione cibi ⁊ potus. Vel euenit ex vapore corrupto ⁊ a colore reſolu to oppilans ⁊ aggrauās cerebrum ⁊ cor. ita ꝙ ſpiritus plenarie non p̄t ſe diffundere ad totuz corpus p̄mo primo deficit ſpiritus in extremis. Ideo videt̄ pacienti ꝙ illud phātaſ ma incipiat aſcendere a pedibus ⁊ i de ad totum corpus. Cui enim iſta frequēt̄ accidūt niſi medeat̄ aliqḋ iſtoꝝ incurrit aut apoplexiaz ꝗ ſpaſ mū aut paliſim aut mortem ſubita neam. Secūdo peccant qui credunt ea q̄ fiūt in ſōpniis vera eſſe ⁊ veracit̄ fieri. Dicut q̄dam vetule fatent̄ ſe cū dyana paganoꝝ dea vel herodia da cū innumera multitudine mulie rum ſup q̄buſdam beſtiis. noct̄ nis horis mlta t̃raꝝ ſpacia ptn̄ſire ⁊ ei⁹ iuſſionibus velut dn̄e obedire. Aſſe runt etiam abillis creaturis ſe i me lius vel detius cōmutari aut in aliaz ſp̄ēm vel ſimilē poſſe tr̄ſformari. De

quibus dicitur. xxvi. q. v. c. epiſcopi eorumq3 Vbi dicit decretum. Si quidez ipſe ſathanas qui transfigu rat ſe in angelum lucis cū mentem cuiuſq3 mulieris ceperit et hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit ilico transformat ſe in diuerſarū ſpecies perſonarum atq3 ſimilitudines. et mentem quam captiuam tenet. in ſompnis deludens modo leta. modo triſtia. modo cognitas modo incog nitas perſonas oſtendens per deuia queq3 deducit. Et cum ſolus ſpiritus hoc patitur. infidelis hoc non in ani ma ſed in corpore euenire opinatur Quis enim in ſompnis et noctur nis viſionibus non extra ſeipſum educitur et multa videt dormiendo que nūq̄ vigilando viderat? Quis enim tam ſtultus ⁊ ebes ſit qui hec omnia que in ſolo ſpiritu fiūt etiam in corpore accidere arbitratur? Cum ezechiel viſiones domini in ſpiritu non in corpore vidit et audiuit. ſicut ipſe dicit Statim fui in ſpiritu. Et paulus non audet ſe raptum i corpe dicere. Sequitur. Qui talia credit et hiis ſimilia. fidem perdit. ⁊ qui rcām fidem non habet hic nō eſt ei⁹ ſed illius in quem credit. i. dyaboli Nam de domino ſcriptum eſt. Oīa per ipſum facta ſunt. Quiſquis ēgo credit poſſe fieri aliquam creaturaz aut in melius aut in deterius cōmu tari aut transformari in aliam ſp̄ēm vel in aliam ſimilitudinem niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit ⁊ per quem omnia facta ſūt. procul dubio iſidel̄ ē. ⁊ pagano deterior. Hec ille

Stulte ſūt ergo mulieres aut viri
qui credunt illa vera eſſe Aliquādo
enim videtur alicui layco in ſomp
nijs quod ſit epiſcop⁹ aut ſacerdos
nūquid euigilans propter hoc eſt ſa
cerdos aut epiſcopus Ponit iohan
nes q̄daʒ exemplū qd̄ quidam frat̄
ordinis heremitarum ſancti aug⁹ in
trauit vnam villam vbi iuenit vnā
feminam dicte opinionis Cum fra
ter ille perfidiam verbis conaret̄ ex
pellere illa pertinaciter ſe credere
pl⁹ affirmauit Cui frater·finas me
eſſe preſentem cum de proximo rece
das Reſpondit illa Ita ſi placet me
recedente videas preſentibus eciam
teſtibus ydoneis Igitur vt deliram
illam zelator animarum ↄuinceret·
adueniente die receſſus quem vetulā
prefixerāt affuit ille frater cum fide
dignis hominibus At illā cubellaʒ
in qua paſta formari ſolet ſup̄ ſcāp
num poſitam intrauit ⁊ vt ſederet ce
pit dicere applicatis v̄bis maleficiis
et vnguento reclinato capite obdor
miuit·ſtatim ope demonis ad cōfir
mandam perfidiam ſōpnia de domi
na veneris habuit ⁊ alijs ſupſtitio
nibus ⁊ in iubilo quodam cepit cla
mare cum motibus corporis ⁊ cubel
la cecidit de ſcampno ⁊ caput modi
cum cōtriuit Frater ille clamauit iā
euigilatam dicēs Vbi queſo es an
cum dyana fuiſti que teſtimonio p̄
ſē cū nūq̄ de cubella receſſiſti Et ſic
ab errore fuit reuocata Contra hūc
errorem videtur valere q̄ in vita be
ati germani altiſiodorenſis legitur
qui cum declinaſſet ad quoddā hoſ



picīū vidit cū omnes de domo cenaſ
ſent mēſam iterū ꝑparari Qui cū ad
iuratus inquiſiuiſſet quibus talia p̄
parentur Dicunt ei·q̄ bonis mulieri
bus que de nocte incedebāt Vnde vir
ſanctus vigilans cū demones in for
ma adueniſſent humana ⁊ ad men
ſam ſediſſent illām Illis qui de do
mo erant in lectis ſuis quieſcentib⁹
vir ſanctus ſurrexit ⁊ demones abiē
nō ꝑmittens excitauit eos qui de do
mo erant inquirēs ab eis ſi pſonas
illas agnoſcerēt Qui reſpōderūt q̄
ſic advenientes q̄ vicini erant eoꝝ Vn̄
vir ſanctus miſit illos ad domos vi
cinorū vt viderēt an eēnt ibi Qd̄ cū
retuliſſent viro ſancto Ibi eē coegit
demones indicare ſe ipōs ⁊ cōfeſſi ſūt
ſe demones eē ⁊ ſic hominib⁹ illudē
Tertio peccant in ſompnijs q̄ ſōp
nia obſeruant diuinantes Contra
illud eccl̄ſ·xxxiiij· Sompnia ne cu
res·ſōpnia extollūt imprudētes Ibi
dem·multos errare fecerunt ſōpnia ⁊
exciderunt ſperantes in illis Vn̄ qui
dam·dum mltum attendēt ſōpnis
ſompniauit ſe diu victurum Cumq3
multa bona congregaſſet repente de
functus eſt Circa quod notādum q̄
ſōpnia fiunt ſex modis ſm beatum
greḡ·iiij·dyā·Primo ex corporis cō
plexione ⁊ repletione vnde quando
in aliquo corpore habūdat aliquis
humor accedens ad organū fantaſie
tunc fantaſia format ydolum ſimile
illi humori ⁊ apparet homini q̄ ē in
aqua ſic eciam cōtingit ebrioſis qn̄
humor dulcis eſt ⁊ flecmaticus et
deſcendit a capite ⁊ apparet homini

q̄ guſtet dulcia Similit' colera ha
bundante ſompniat homo frequen
ter de incendijs Sic narrat Alber=
tus quendam ſompniaſſe picem ar
dentē fuiſſe infuſam in ventrē eius·
Cauſa fuit q2 in eo abūdauit colera
nigra in magna quantitate Talia
ſompnia ſūt ſigna futurarū infirmi
tatū De talib9 informantur medici
ad iudicandū de condicōni h9 īfirmi
Scd̄o cauſatur ex frequēti cogitacō
ne Vnde hoīes ſoliciti ⁊ cogitatiui cir
ca aliqua negocia frequenter ſōpni=
ant de eiſdem Et hec eſt cauſa quare
frequent' ſōpniant de amicis ſuis Et
cercı9 eſt de eis q̄ extraneis· q2 ami
ci maxime ſunt ſoliciti de ſe inuicem
Tertio cauſat' ex celeſtiū corporū in
fluencia Nam corpa celeſtia influē
do v̄tutem corpib9 nr̄is alterant coī
da nr̄a in ſōpno Et tunc ꝯtingit fan
taſiā ſibi formare ſpēs ⁊ ydola ꝯfor
mia qualitatib9 cauſatis in corpe a
celo Et ſic apparent aliqui effectus
futuri ſicut de bellis vł pluuia Sic
muſce pcipiūt pluuiā futurā ⁊ boues
cū fortiter pūgunt ⁊ illi aucare ꝯme
dūt Quarto fiūt reuelacōe ſcōꝝ āge
loꝝ ſic patet mathei ſcd̄o de āgelo·
q̄ apparuit in ſōpnis ioſeph dicēs·
Accipe pueꝝ ⁊ matrē eius ⁊ fuge in
egiptū Tale fuit ſōpniū ſymoidis
de quo narrat valeri9 in libro p̄mo·
c·iiij· Symonides cū ad litus nauē
applicuiſſ3 ihumatūq3 corp9 iacēs
repperiſſet ⁊ illud ſepultuē mādaſſ3
admonitus ab eo p ſōpniū ne prox
imo die nauigaret Et ſic in terra re
manſit Alij em̄ qui inde ſoluerāt na

uigando fluctibus ⁊ procellis in ꝯſpec
tu eius obruti ſunt Ipē letus fuit q̄
vitam ſuā ſōpnio redemit Hoc ſōp
niū ab aliq̄ ſpū bono potuit fieri ī re
compenſationem ipius ſymonidis
Quinto oriunt' a maloꝝ ſpirituum
inſpiracōe ſi cut patet de vxoē pilati
que ocioſa in die paſceues dormitas
uit ⁊ multa paſſa fuit p̄ viſum· vt
dyabolus p̄ eam criſti paſſionem
impediuiſſet Vnde mandauit viro
ſuo pylato dicens Nichil tibi ⁊ iuſ
to illi Multa enim paſſa ſum hodie
per viſum propter eum· math' xxvij
Talia ſunt ſompnia diuinatorum
qui faciūt pactum cum demone Iſto
modo eſt ſimpliciter diuinare illici=
tum per ſompnia· non tamē primis
quatuor modis Sexto oriūtur diui
na reuelacōe ſicut ſompniū ioſeph·
Geñ xxxvij· Audite ſompniū meum
Sed eſt differencia Aliquib9 enim
datur reuelatio rei future ſed nō in
telligencia· ſicut ſompnia pincerne
⁊ piſtoris ⁊ ſompnia pharaonis de
ſeptem bobus Et alij omnes habue
runt reuelationem futurorum p ſōp
nia ſed non intelligenciā3 Alijs da
tur reuelacō ſimul cum intelligencia
ſicut ioſeph qui interpretatus eſt
ſompnia pincerne ⁊ piſtoris ⁊ pha
raonis Eſt igitur valde periculoſum
velle diuinare per ſompnia propter
multa Primo quia ignoramus quo
ſpiritu nobis reuelantur An ab an
gelo bono aut malo· aut a deo vł cō
plexione Sed quid de ſanctis qui
ſompnia tenuerunt ⁊ diuinati ſunt
per ſompnia vt ioſeph per angelum

matthei ſecundo. Sic monitus eſt i
ſompniis Et de Joſeph patriarcha
et gedeon iudicum. vij. et daniel etc.
Reſpondet gregorius in. iiij. libro
dyalog. dicens q ſci viri talia ſop
nia que in eis diuinitus fiunt a ſop
niis aliis que ex illuſionibus demo=
num vel alia cauſa fiunt quodam ſa
pore intimo vt nō decipiantur diſcer
nūt. Secūdo ꝑpter inuidiā maloꝝ ſpi
rituum qui nituntur ducere in erro=
rem. Tertio propter diuerſitatem
ſignificationis. Quia aliquādo ſig
num contrarium eſt illi quod reue=
latur Aliquādo ſimile et ſic de aliis Jō
applicando ad vnū particulare. ſta
tim decipitur. Tale fuit ſompnium
almichar. De quo valerius libro p̄
mo. c. quinto dicit. cum obſideret ſy
racuſas inter ſompnium audiſſe ſe
voces credidit nunciātes futurū vt
proxima die in ea vrbe cenaret. Le
tus igitur perinde ac diuinitus pro
miſſa victoria exercitum pugne diſ
ponebat. In qua inter ſiculos et pe=
nos orta diſſenſione. caſtris eius ſy
racuſani ſubita irruptione oppreſſꝰ
ipſum ducē intra menia pertraxerūt
Ita magis ſpe q̄ ſompno deceptꝰ
cenauit ſyracuſis captiuus.

Non habebis deos alienos.

OCtaui ſunt qui peccant con
tra illud preceptum. et ſunt
qui volunt diuinare de futu
ris abſqꝫ demonum inuocatōe. Sꝫ
occulte ſe demon ingerit in illis. Et
ſunt ibi multe ſpecies. Primo ſi q̄s
vult ſcire futura ex cōſideratione mo
tus et ſitus ſyderum. et vocātur gene



thliaci. et dicūtur etiā aſtrologi. Genea
thliaci vero dicūtur ꝑpter nataliū cōſidera=
tiōes dierꝫ. De illis dicitur xxvi. q. iiij.
c. Igitur genꝰ. Vbi dicitur. Genethliaci
appellati ſūt ꝑpter natalicioꝝ cōſidera
tionē dierꝫ. Geneſes em̄ hoim p duo
decī celi ſigna deſcribūt ſiderūqꝫ cur
ſus. naſcētiū mores. actꝰ et euētus p̄
dicere conantur. i. quali ſigno fuit
natus. aut quem effectū habeat vite
qui naſcitur interp̄tantur. Hii ſūt
qui vulgo mathematici dicūtur. Cuiꝰ
ſuperſticionis genꝰ. conſtellatōnes
latini vocant. i. natōes ſyderū. Quo
ſe habeat cum quis naſcitur. Pri=
mū autem ſtellarum iterpretes ma
gi nūcupātur ſicut de hiis legitur qui
in euangelio natum criſtum annū
ciauerunt. Poſtea hoc nomine ſoli
mathematici dicti ſunt Cuius artis
ſciētia neqꝫ ad xp̄m fuit conceſſa. vt
xp̄o edito nemo exinde natiuitatē ali
cuiꝰ de celo iterp̄tetur Horoſcopi dicti
ſūt q̄ horas natiuitatis hoīū ſpeculātur
Hec ibi augꝰ i li. de natura hoīū et
demonū. Vn̄ dicit idē augꝰ li. iiij. cō=
feſſ. Illos planetarios q̄s mathema
ticos vocāt cōſulē nō deſiſtebā. Con
cluſio prima. Nulla conſtellatō in
celo i hois natiuitate cōſiderāda quātū
ad hominis vicium vel virtutē ē ſim
pliciter metuenda. Probatur quia di
citur Jerem. x. A ſignis celi nolite me=
tuere. ſicut gētes faciunt Ideo dicit.
Criſoſtomꝰ ſup math. Si ho ē ad
ulter ā homicida ꝑpter ſtellā. maḡ eſt
iniqtas ſtelle. Maior q̄ illā creauit.
Vn̄ dn̄s qui poſuit ſtellas i firmā=
mento. non dixit. Fiant luminaria

in firmamento celi vt habeant poteſ
tatem ſup naſcentes furandi adulte
randi occidendi ꝛ ſic de alijs Sȝ q̄d
ait Vt ſint in ſigna tpa dies ꝛ ānos
vt luceant in firmamento celi Jdeo
beatus Greg̃. in omelia ſup mattheū
ponit exemplū de iacob ꝛ eſau qui in
eadem hora ſub eadem conſtellacōne
ſunt nati. tamen vnus bonus ſuit al
ter malus Jtem rex ꝛ ruſticus vna
hora naſcuntur ꝛ tamen rex ſuccedit
in regno patri ꝛ non ruſticus Jtem
qui ī aquario naſcitur. piſcator erit
Dicūt quidam. Quid tunc de getu
lia terra que piſcatores nō habēt.
Jdeo dicit pſ Ego cognoui ꝙ ma g
nus eſt dominus ꝛ deus noſter pre
omnibus dijs Omnia queciīqȝ vo=
luit fecit in celo ꝛ in terra ꝛ ī omnibꝰ
abiſſis Educens nubes ab extremo
terre. fulgura in pluuiam fecit Edu=
cens ventos de theſauris ſuiſ Jtem
fecit celū in ītellectu Fecit luminaria
magna Solem in poteſtatem diei
lunaȝ ꝛ ſtellas in poteſtatem noctis
Vnd Catho. Mitte archana dei celū
inquirere quid ſit Qd ſtatuit de te.
ſine te deliberet ipſe Jtem Galterus
in alexandreide Fata regunt ſtellas
ꝛ quos ab origine curſus Que loca
quos motus vl̃ q̄d portendē mag
nus Jlle ſator rerum dedit. hoc certo
ordine ſeruant Nec quicꝗ̄ mutare
queunt de mente profunda. quidꝗ̄
ab eterno preuiderit illa futurum
Sed terre incumbens extendit lito
ra thetis Gurgitis augmento ſeu
tellus obruat vrbes Cōcurſum late
rum ſeu morbidus influat aer Seu

tenebris fuſcarē diem ſeu cornua lune
Caligare velit ſeu tardius ire gale
rū Omnia deſcēdūt a ſummo culmin
rerum Quo niſi conſulto nichil eſt
quod ſidera poſſunt. hec ille Confun
datur ergo ſtulticia mathematicoꝝ
quibus non mulierum rixoſa loqua
citas ſed ſolida ſcripture veritas op
ponitur vt dicit franciſcꝰ petrarcha
libro p̄mo c. iij. Mathematici inq̄t
diſcipulus michi leta pronunciant.
Rn̄t Miri homines futura ſola qui
nouerint preteritorum atqȝ preſen
tium ignari ꝛ que ī celo fiunt ita nū
ciant quaſi conſilio celeſtiū interfue
rint recentiqȝ nunc inde veniant me
moria cum tamen iterim q̄uid inter
risquid ī patria quid in domo quid
in thalamo ſuo fiant neſciant Sic
penitus verum eſt Cum caput taliū
legit quod eſt ante pedes nemo ſpec
tat Celi ſcrutantur plagas. hec ille.
Vnde ad quēdam fatidicum quedā
muliercula acceſſit nocturno tempe
luceſcentibus ſtellis dicens Magiſ
ter nunc ſurgite quatinuſ meo nato
recenter fata dicatis. quia celum cla
reſcit Cumqȝ ille repente ſurgeret.
offendit tibiam ſuam ad ſcampnū.
Et ille dolorem tibie cum clamore et
gemitu oſtendit Hec audiens mu
lier magiſtrum deriſit dicens Mirū
eſt quomodo poteritis cauidere que
in celis ſunt cum nō cernitis eā que
circa pedes veſtros ſunt Ex illo ſeq̄t
ꝙ falſe loquuntur illi qui dicunt.
Hoc eſt ſibi innatum vt furet aut
occidat. vel natus eſt in tali tempoē
ꝙ erit dampnatus vl̃ ſimile. q̄ erit

ibi gwerra vꝉ pax in tali loco aut ta
li tp̄e· quia ip̄a depēdent directe ab
hoīs volūtate et libero arbitrio ſup
qd̄ celi ⁊ ſtelle nullam habēt cauſali
tatem quia intellectꝰ nō ē corpꝰ aut
virtꝰ in corpe vt ptꝫ iij de aīa ¶Nullū
aūt corpꝰ p̄t aliq̄d ip̄me i rem incor
poreā Celū ē quoddā corpꝰ ⁊ aīa in
corporea ⁊c̄· Hoc enī eſſet ponere in
tellectū nō differre a ſēſu quod ariſ
toteles i·iij·de aīa imponit hijs qui
dicebant Talꝭ ē itellectꝰ in terrenis
hoībꝰ q̄lem in die iducat patꝭ viroꝝ
ideſt deoꝝ idē ſol Velle gͦ dīnaē de
hijs q̄ depēdēt ex libero arbitrio eſt
valde ſupſticioſū Et ſic opacō demo
nis ſe immiſcet· Scd̄a ꝯcluſio· q̄uis
homo nō ſuſcipiat directe influxum
ſtellaꝝ ſm̄ potēcias itellectualeſ· ſuſ
cipit tn̄ celi iſluxū atqꝫ dominiū ſm̄
vires corporales Probatꝭ ¶Non ſolū
corpora nr̄a verūeciam corpora inani
mata ſortiūtꝭ aliquā virtutem ſuper
celeſtē· ſicut magnes attrahit ferrū
nō ex aliqua efficacia q̄litatis actiue
vel paſſiue elemēti ſꝫ p ipreſſionem
corporis celeſtis Sic ſimiliter multi
lapides ⁊ herbe quaſdam virtutes
⁊ efficacias hn̄t reſpectu aliquorū
effectuū et opacōe corpaliū· quas
alij lapidēs nō hn̄t ⁊ herbe ꝓptꝭ diu
ſā ipreſſionē ꝯſtellacōis alicꝰ Vnꝰ
hō habet aliquam efficaciam ⁊ vir
tutem quam aliꝰ nō habet ꝓptꝭ diu
ſam ꝯſtellacōeꝫ Sic vnꝰ medicꝰ in
ſanando· Vnꝰ agricola in plātando
vnꝰ miles in expugnando q̄ꝫ alius
Quantū ad electōeꝫ illoꝝ actuū om
nes ſūt pareſ· ſꝫ quātū ad execucōeꝫ



vnꝰ ē magꝰ fortūātꝰ q̄ꝫ aliꝰ ꝓptꝭ celi
iſluxū ſic ē i actibꝰ v̓tuoſꝭ ſic eciā in
actibꝰ vicioſꝭ· hee tn̄ v̓tutes ipſſe ho
minē n̄ neceſſitāt ad v̓tutes ⁊ ad vi
cia· ſꝫ bn̄ iclināt Vt q̇ natꝰ ē i ſatꝭ no
iclinatꝰ ē ad auariciā· ſb̓ venē ad lux
uriā· ſb̓ ſole ad dominiū· ſb̓ mārte ad
bella· ſub lūa ad fallaciā Seq̄tꝭ cor
relarie q̄ꝫ aſtrologi aliqn̄ v̓a ꝓnūci
āt ſm̄ q̄ꝫ dicit ſāctꝰ thōs ſecūda ſe
cūde queſtiōe· ix· ar· q̄nto i rſpōſio
ne ad primū argumētū· Dicit quod
aſtrologi ex ꝯſideracōe aſtroꝝ ali=
quādo v̓a pronūciāt· Qd̄ ꝯtigit du=
pliciꝭ Primo q̄a pluēs hoīes paſſiōes
corpales ſequūtꝭ Jdeo actꝰ eoꝝ diſ=
ponūtur vt in plurībꝰ ſecundum in
clinacionem celeſtium corpoꝝ Pau=
ci autem ſunt id eſt ſoli ſapientes
qui racione huiuſmodi inclinacio=
nis moderentur et precipue in pluri
bus euentibus que dependēt ex mul
titudine Alio modo propter demo
nes ſe immiſcentes Vnde auguſti=
nus ſuper geneſ ad litteram Faten
dum eſt quando a mathematicis ve
ra dicuntur inſtinctu quodā occul=
tiſſimo dici. quē neſcientes humane
mētes patiūtꝭ· qd̄ cū ad decipiēdos
hoīes ſit ſpirituū imūdoꝝ ⁊ ſeductoꝝ
opacōe Seq̄tꝭ Quaꝓptꝭ bō xp̄iano
ſiue mathematici ſiue q̄libꝫ ipie di=
uinātiū ⁊ maxīe dicētes v̓a cauēdi
ſūt ne ꝯſorcio demonioꝝ aīaꝫ xp̄ia=
nā pacto q̄dā ſocietatis irrētiāt Ter
cio Seq̄tꝭ q̄ꝫ licitū ē iudiciū aſtrorū
obſuaē ad victualiū ꝓuiſionē· quia
ad immutāda iſeriora corpa v̓tꝰ aſ=
trorū ſe extēdit puta ad ſerenitatem

temp̄eſtatem ſanitatem ⁊ infirmita
tem corporis vbertatem ⁊ ſterilitatē
fructuum Si quis vtitur iudicio aſ
trorum in iſtis ſine aliq̄ ſupſticōe ad
mixta· non peccat· ſicut thales mile
ſius fecit qui fuit vnus de ſeptem ſa
pientibus de quibus dicitur in vitaſ
philoſophoꝝ d̄ quodā philoſopho
qui vidit in ſtellis magnam careſti
am olei eſſe venturam et emit omne
oleum Et ſic anno ſequenti quando
defecit oleum ſolus vendidit· et ſic di
tatus eſt Non enim puto eſſe maius
peccatū vti ſic iudicio aſtrorū q̄ obſ
uare certum tempus ſolis et lune in
ſeminando· nautas vitare nauigacō
nem in plenilunio ⁊ medicos ſeruaē
dies circa egritudines creticas Gra
ue eſſet dicere omnes tales peccare
Tercia concluſio Certius iudicium
habetur de hominis ↄplexione q̄ de
hominis naſcentis conſtellacōe Pro
batur per auguſtinum libro quinto
de ciuitate dei capitulo xxxij q̄ equa
litas euentuum ex duobus gemellis
non eſt deducenda in corpora celeſtia
ſꝫ in vniformitatem cōplexionis Quod
probat ex dictis Cyceronis qui dix
it ypocratem nobiliſſimum medicū·
in ſcripto reliquiſſe duos fratres ita
cōformiter affici vt ſimul egrotare
inciperent ⁊ aggrauari ſimul ⁊ al
leuiari Cum cauſam tante cōformita
tis quererem Reſpondit quidam aſ
trologus· cauſam eſſe cōſtellacōnem
in qua nati ſimul fuerūt Et quidam
medicus dixit cauſam eſſe vniformi
tatem cōplexionis ⁊ nutrimenti Di
cit auguſtinꝰ ibidem q̄ multo accep
tior fuit reſponſio medici q̄ aſtrolo
gi· quia medicus aſſignabat cauſā
imediatā ⁊ propinquā ſcꝫ vniformi
tatē ↄplexiōis Aſtrologꝰ vō cauſā
remotā ſcꝫ ↄſtellacōnem ſic ex cōplex
ione Et ex phiſonomia phiſonomi
zauit Ariſtotiles ī libro de phiſono
mia p ſigna q̄ tn̄ nō neceſſitāt· ſꝫ in
clinatum oſtēdūt ad aliqua vicia
Ideo dicit idem ī libro ꝓbleumatū
q̄ omnis caluꝰ ē nāliter luxurioſus Os
magnum voracem ſignat Naēs acu
te acuꝰ iracūdū hominem oſtendūt
cū ymanarū ſolida ſūt et rotunda
fortē et magnanimū ſignant q̄ι leo
nem Naſus aquilinꝰ liberalem ſig
nat Labia magna ⁊ pēdēcia clamo
roſū ⁊ ad ferēdū iniurā debilē ⁊ tales
ſūt canini Oculi magni ⁊ cremantes
veracem Parui oculi ſine fide ⁊ iuſti
cia hoiem eſſe ſignāt ⁊c̄ Talia ſigna
nō neceſſitant· et frequēt ꝑ ymmo ꝑ
ↄtrariam ↄſuetudinē homo t̄hitur
a talibus vicijs Exēplū ponit Ariſ
totiles q̄ diſcipuli ypocratis picturā
eius portauerūt ad philemonē Qui
dixit q̄ homo iſte cuiꝰ ē hꝫ ymago ē
vir luxurioſꝰ Illis autē idignātibꝰ re
tulerūt hꝫ ypocti Qui dixit philemōeꝫ
iudicaſſe verū ſꝫ amoē philie ⁊ honeſta
tis dixit ſe ↄcubias vicēe ⁊ viciſſe Sꝫ
dubitaꝛ Quid ē de ſtellꝭ q̄ comete vo
caꝛ q̄ ē frequēt pſagiū alicꝰ mali Rx
lincoiēſ q̄ ſicut nā igneꝰ facit lapidē ī
tenebris lucētē ·ſ· carbūculū ſine eiꝰ
iflāmacōe Ita ſuo mō nihil ꝓhibet
ꝑ aſtrꝭ formari aliqd̄ mixtū lucidū ex
mateia ſbtili ⁊ leui ī regiōe ſupicis
aeis ⁊ illd̄ ē cometa Secūdo rūt· ariſ·

dicēs ꝙ cometa ē͠ſt exalacō calida ⁊
ſicca ex corporibus terreſtribus hic
eleuata ⁊ illic ſuperius inflāmata.
Hec opinio ē magiſ cōſona veritati
de hijs q̄ apparēt vt ptꝫ pᵒ metheo
roꝝ Tertio reſpōdet Johānes da-
maſcenꝰ dicēs ꝙ illi comete q̄ qn̄qꝫ
apparēt fuit a deo miraculoſe in celo
maxime aereo facte ad p̄ſignanduꝫ
mortē p̄ncipū vt ſic territi ſe emēdēt
⁊ poſt expletū miniſteriū a deo mirā
culoſe deſtruūť Hec opinio magis
cōueīt ortui illiꝰ ſtelle q̄ tribꝰ magis
apparuit tp̄e natiuitatis x̄ · Et dico no
tanť quātū ad modū factōis ⁊ ſig
nificacōis qꝛ comete ſunt ſm phōs
⁊ aſtronomos ſigna ⁊ ſignāt mortē
regū Illa āt ſignificabat ortui regis
regū Iſte ſignāt gwerras ⁊ diſcor
dias hoīm Illa āt erāt ſtella pacis ⁊
recōſiliacōis celeſtiū ⁊ t'reſtriū · Iſte
ſignificāt vētoſā cōmotōeꝫ Illa ſigt
amoroſā placacōnē Ergo n̄ fuit co-
meta Quīta ɔcluſio Per ſolū reſpec-
tū ad ſtatū cauſaꝝ agenciū nullū hē
tur certū de futuris iudiciū Probať
nā ad hoc vt ex ſignis cauſalibꝫ fiat
iudiciū certū · tria reqͥrūť Primo vt
ſciať ſufficiēť illoꝝ ſignoruꝫ v'tus ⁊
ſtatꝰ reſpectu iuicē qđ nō ē poſſibile
naturaliť ſm illud ſapiētie · ix. Que
i ꝓſpectu ſūt inuenimꝰ cū labo͛e: que
in celꝭ ſūt · quis īueſtigabit · q̄ſi dicat
nullus · Scđo requiriť ꝙ ɔgnoſca
tur modꝰ applicacōis taliū ſignoꝝ ⁊
cāꝝ ad deť minatā naturā · ſꝫ talꝭ mo
dꝰ ſciri nō p̄t nec vbi magꝭ vꝭ minꝰ
aut meliꝰ applicet' vꝭ peius Tercō
reqͥriť ꝙ p̄ſciat materie vel paſſe



diſpoſicōnē vtꝝ ſit apta vel inepta
reſpectu actōis vel influētie talium
cāꝝ Verbi grā. Q̄uis medicꝰ ſciat
ꝙ medicīa ē laxiua quātū de ſe ⁊ ſci-
at cū hoc · quomō applicet' ſorti · ad
huc neſcit exinde futuꝝ eē · an talis
effectꝰ ſequať vel ɔtrarius ſi neſcit
qualiť corpꝰ ſortis ſit ɔplexionatuꝫ
itrinſece · Ita ē a fortiori in aſtrologo
Dāt ei regionē aliquā eē diſpoſitā
ad pluuiā · q̄ tn̄ ipulſu vētoꝝ ipediť
a pluuia · Iſta ē ſnīa ptolomei i cētī
logio ſuo · ꝓpōne viij · et xvij · Deq̄ť
ēgo ꝙ ſi reges ⁊ pncipes hn̄t apud
ſe aſtronomos · hoc ē magis ad iocū
⁊ ſolatiū ſic hn̄t fatuos ⁊ mimos et
ioculatores · ⁊ nequaq̄ꝫ vt taliū iudi
cijs cōfidāt aut i agēdis ſequanť ꝓ
republica · relicto cōſilio viroꝝ pru
dentum ⁊ expertorum · Nec vnq̄ꝫ
profecerunt gubernatores reipubli
ce · qui talibus initi conſueuerunt · vt
ex hiſtorijs colligi poteſt. Quinta cō
cluſio Sicut contingit hominem ex
conſtellatione ad bonum vel maluꝫ
eſſe inclinatum: ſic etiam ex eadem
conſtellatione contingit eundem eſſe
bene vel male fortunatum Fortuna
bona dicit' quando alicui euenit ali
quod bonum preter ſuam intentio-
nem · Sed poteſt aliquod bonuꝫ vel
malum alicui euenire preter intētio
nem ſuam · quod tamen non euenit
preter intentionem ſuperioris cauſe ·
cui ſubijcitur. Cū igitur homo i ſuis
electionibus et ex ſuis actibus quos
elegit ex libero arbitrio ſubiciatur
plene ipſi deo quātum ad inclinatio
nem · et ipſis angelis quantum

ad intellectus illuminacōnez·et celeſ
tib⁹ corporibus quantū ad corporis
diſpoſicōnem Jdeo cū homo ex diui
na operacōe inclinatur ad aliquod
bonum agendum ⁊ eligendum ſibi
vtile·⁊ ex āgelica illuminacōe illuſ
tratur ad illud bonum proſequendū
et ex corporū celeſtiū impreſſiōe diſ
ponitur vt illud bonum ſibi vtile ope
retur cuius tamen vtilitatē ipſe igno
rat· Tunc dicitur bene fortunatus
cum hoc ex corporum celeſtiū impſſio
ne homo ↄſequitur in ſua natiuitate
Jdeo pl⁹ dicit ꝙ eē bū fortunatū ē
eē bū natū·⁊ eē male fortunatū ē eē
male natum Sz tales diſpoſicōes
derelicte vl' inclinacōes i corporib⁹
ex ipſis cōſtellacōnibus non neceſſi
tant·ſed iclināt Ergo poſſum⁹ agē
contrarium Nec ſic inclinatur quiſ
ad malum agendum quī ſēp poſſit
agere cōtrariū Si ergo itelligam⁹
per bonam vl' malam fortunam icli
nacōes que nos inclināt ad bonum
vl' malum·verum eſt hominem eſſe
bene vl' male fortunatum Si autē
intelligamus tales diſpoſicōes nos
ad malū neceſſitātes·ōmino ē negā
dum hominem eſſe bene vel male for
tunatum Ponēdo caſum Si quis eſ
ſet in cōſtellacōe fortunatus neceſſa
rio vt ſubmergeretur·ſi quis talem
ad ignem proiceret non ↄbureretur
non neceſſitat ↄſtellacō ād ſubmer
gendum Si aūt non vreret̄ eſſet no
uum miraculum trium puerorꝫ Se
cūdi ſunt qui diuinaē volūt ſine ma
nifeſta demoᵐ inuocacōe ⁊ dicūt̄ aruſ
pices de qb⁹ xxvi·q·iij·c·Jgit̄ gen⁹
Vbi dicit̄·Aruſpices dicūtur ideo
q̄i horarꝫ inſpectores Dies em ⁊ horas
i agēdis negocijs opibus qꝫ cuſto
diunt quid p ſingula tēpora debeat
obſeruaē homo Hec ib i Cōtr̄ quos
apoſtolus ad galathas·iiij· dicit
Dies obſeruatis ⁊ menſes ⁊ tēpora
⁊ annos Timeo autem ne forte ſine
cauſa laborauerim in vob' Vbi gloſa
Dies obſeruant vt qui dicūt· Hoc
die non eſt aliquid icipiendum·Mē
ſes autem colunt qui curſ⁹ lune per
ſcrutantes dicunt In tali luna nō eſt
aliquid inchoandum· De quibus
dicitur xxvi·queſtione v· Non licet
xp̄ianis tenere tradicōes gentilium
et obſeruare vel colere elementa aut
lune aut ſtellarum curſus aut ina=
nem ſignorum fallaciam pro domo
facienda Vel propter ſegetes vel ar
bores plantandas vel ↄiugia ſocian
da Scriptum eſt enim Omnia que
cūqꝫ facitis in verbo aut i opere om
nia in nomine domini noſtri iheſu
xp̄i facite·gracias agētes deo Hec
ibi Cum igitur cōſulunt·quando eſt
bonū ↄtrahere matrimoniū Quibus
reſpōdit quando vir accipit bonam
⁊ deuotam mulierem Et tūc bonum
eſt accipere virū quando mulier ſapi
entē et iuſtū accipit virꝫ Qū aūt ac
cipit potatorē ⁊ luſorē·tunc malū ē
accipē virū Sic pariformiter quā
do quis mutat domum ſi trāſfert ſe
de domo antiqua ad domum nouā·
tūc mutaē domū ē bonū·Dicit gobeli
n⁹ i Cronica ſua ꝙ ex plag̃ egipti ē
ꝙ q̄dā dies dicūt̄ egipciaci q̄rꝫ du=
os i ſingulis menſibus nota m⁹ ad

memoriam tantum Non enim crede
duz eſt Vt dicit yſidorus licet egip=
cij aſtrorum periti. deprehenderūt hos
dies nefaſtos in inchoatione operis
itineris vel minucionis. ſed tantum
ad memoriam vocati ſunt. Et ſic for
te egipcij vocauerunt hos dies vt vi
detur ex dictis yſidori. ꝛ p̄ſertiz illos
dies in quibus plage facte ſūt. Quō
ſi ita eſt ſequitur ꝙ per vnum annū
ad minus hijs plagis vexati ſūt Cō
tra hos etiam peccant quidaz ruſtici.
qui ex diſpoſicione vni⁹ diei vel cer=
torum dieꝝ. toci⁹ anni ſtatū ſcire vo
lunt. vel ex ſpecie vermis qui creſ=
cit in pomo quercus hoc ſcire volunt.
que magis ſunt ſigna p̄cedentis āni
ꝙ̄ ſequētis. Taliter fuit quidā frat
ordinis noſtri decept⁹. q̄ tenuit iſtas
conſiderationes ꝛ prenoſticans ſere=
nitatem multorum annoruz ꝛ dierū
ex diſpoſicione vnius diei Frater cō=
fidens de ſua prenoſticatione īcepit
ire per longum iter. ꝛ fefellit eum ſuū
vaticinium ꝛ ſecuta fuit pluuia ꝛ tē
peſtas magna per omnes iſtos dies
Non tamen reprehendūt̄ ſeminato
res ꝛ lignorum inciſores: quia luna
eſt mater omniuz hūiditatum. Si
ergo ſecarent ligna ī plenilunio cor
roderēt̄ a vermibus. Nec nauigato
res. quia luna per ſuum motum cau=
ſat fluxuz maris ꝛ ventum. Nec me
dici obſeruantes ſigna Vñ dicit ypo
cras in principio prenoſticorum di=
cens. Eſt quoddam ſydus in quo o
portet medicum prouidere. Cuius ꝓ
uidentia eſt mirabilis ꝛ ſtupenda.
Et galienus in cōmento de diebus



creticis dicit Certā rem que non fal
lit attendat medicus quaz docuerūt
aſtrologi egipciorū ꝙ p coniūctōez
corporis lunaris cum ſtellis fortuna
tis fiunt egritudines terminabiles
ad bonum. cum contrarijs vero con=
trarie Hec ille. Sed omnes alij ob
ſ̄uantes dies ꝛ horas ꝛ menſes gra
uiter peccant vt patet xxvi. queſtiōe
vlti. c. Non obſeruetis dies q̄ dicū
tur egipciaci aut calendas ianuarij
In quibus cantilene quedā ꝛ comeſ
ſationes ꝛ ad inuicem donaria donā
tur quaſi in principio āni boni fati au
gurio. aut aliquos menſes ꝛ tempa
aut dies ꝛ annos ꝛ lune ꝛ mēſis ſo
lisq3 curſum quia qui has ꝛ quaſ=
cūq3 diuinationes ꝛ fata ꝛ auguria
obſeruat aut attendit aut conſentit
obſeruantibus inutiliter ꝛ ſine cau
ſa ꝛ magis ad ſui dampnationez ꝙ̄
ad ſuam ſalutem tēdit Et ibidem. c.
Quis exiſtimaret ꝙ̄ magnuz pecca
tum ſit dies obſeruare ꝛ menſes et
annos ꝛ tempa ſicut obſeruāt qui
certis dieb⁹ ſiue menſibus ſiue ānis
volunt vel nolunt aliquid inchoare
eo ꝙ ſ̄m vanas doctrinas hominum
fauſta vel infauſta exiſtiment tēpa
niſi huius mali magnitudinem ex
timore apoſtoli penſaremus qui tali
bus ait. Timeo ne forte ſine cauſa
laborauerim in vobis Sequitur In
tellige lector ad tantum periculum
anime pertinere ſuperſticioſas tēpo=
rum obſeruationes vt dicat apoſto
l⁹ Timeo ne forte ꝛc̄ Hec ibidē Ter
cij vocantur augures De quibus xx
vi. q. iij. c. Igitur genus. Augures

fūnt qui volatus auium ꝛ voces in-
tēdūt·aliaqȝ ſig͞ reꝝ vel obſuatōes
in ꝑuiſas hōib⁹ ocurrētes fert Jdē
ꝛ auſpices·Seq̄t Duo aūt genera
auſpicioꝝ ſūt Vnū ad oculos·alteꝝ
ad aures ptinet·Ad oculos ſcȝ vola
t⁹·Ad aures vox auiū·Hec ibi·De
hijs deutro·xviij·c·Nō ſit i te q̄ au-
guria obſuet.Primū ē ꝙ ptinet ad
oculos vt qn̄ armigeri videt coruuȝ
volātē ꝛ ſperāt ſe cōſeq̄ victoiā ꝑ ſig
nū ꝛc.De q̄b⁹ dic̄ petr⁹ bleſeñ i eplā
lxv· ſcribens ad quendam amicum
ſuū dicens·Non te inuoluas illoruȝ
errori qui ocurſum leporis timēt q̄
mulierem ſparſis crinibus·qui homi-
nem orbatum oculis·aut mutilatuȝ
pede aut cucullatum habere obuiā de
teſtantur·qui de iocūdo gloriantur
auſpicio·ſi lupus eis ocurſauerit·q̄
columbā ſi ſiniſtra in dextrā auis ſci
martini volauerit·ſi i greſſu ſuo re-
motum audierit·ſi hominem gibbo
ſum habuerint aut leproſum·Hec
ille·Formidant enim tales ocurſū
leporis/Mallem ego ꝙ mihi ocurre
ret lepus q̄ lupus quia de lepore ꝯme
derē poſſem·non de lupo niſi quantuȝ
ad pellē tantū prefertur lupus lepoi
Tales enim gaudēt ꝛ letantur ſi oc
currit eis mētrix ſȝ dolent ꝛ timent ſi
monachus qui ē miniſter dei Ergo
dolent cum ipſi ſunt ſerui dyaboli·
De ill' dic̄ aug⁹ li· v·de doctrina xpi
ana ꝙ formidāda ſūt pacta cū demō
nibus ad que ptinēt milia iamiſſima
rum obſeruacionū puta ſi in mēbris
aliquid ſalierit·ſi iūctim ambulāti
bus amicis lupus aut canis aut pu
er medius interuēnerit·Tales etiaȝ
ſunt qui credūt ſi poſſūt habere pol-
licē furis quē ponūt ad ceruiſiam ꝙ
tūc bene poſſūt vēdere ceruiſiā· Etiaȝ
ſi mures veſtimēta corrodūt·Sic q̄
dam iterrogauit ſapiētem quēdam
Quale omen ē ꝙ ſorices corroſerūt
caligas ſuas Rn̄t·Ne mireris ſi ſo
rices corroſerūt caligas·ſȝ bene eſſet
mirū ſi calige corroſiſſēt ſorices·Se
cundū gen⁹ ē ad aures quo ad vo-
ces auium vt dū noctua clamat ſup
domū credūt hominem inde moritu-
rum·Si pica clamat· ꝓnoſticāt ad
uentū hoſpitū Si cuculus clamat·
quot voces format·tot annos vite ꝓ
ſignat Vnde quedā mulier obſerua
bat augurium cuculi·Que infirma
batur grauiter nolens cōfiteri· Sa
cerdos iterrogās cur cōfiteri nollet·
dixit·ꝙ cuculus ei in ſuo clamore aſ
ſignauerat viginti ānos· Que mox
moriebatur ꝛ dampnata fuit·Si-
mile recitat Ceſarius de quodam mo
nacho· Cui cuculus ſuis vocibus tri-
ginta ānos vite aſſignauit· Qui ab
ordine ſuo apoſtatauit·dicēs in cor
de ſuo·In vltimis duob⁹ annis reu̇
tar ꝛ agā penitētiām.Nūc volo gau
dere i mūdo.Qui mortu⁹ ē in apoſta
ſia poſt ſpatiū ānoꝝ duoꝝ·Sed no
tandū ē qd̄ dicit ſcūs thomas i ſcd̄a
ſcd̄e·q·xcv·arti·vij· ꝙ garrit⁹ aui
um vel q̄ſūqȝ diſpoſicōes i reb⁹ ꝯſide
rate maīfeſtū ē ꝙ n̄ ſūt cauſe futuroꝝ
euētuū Vl' vn̄ ex ei⁹ futurā ꝯgnoſci n̄
poſſit ſic ex cauſis ·Relinq̄t̄ g° ꝙ ſi
ex eis aliq̄ futura cognoſcat̄·hoc erit
in q̄tū ſūt effect⁹ aliquaꝝ cauſaruȝ

Cauſa enim opacōnum brutorū aīa
lium et inſtinct9 ex triplici cauſa pt
pcedere Vno modo ex cauſa corpali
cū bruta aīalia n̄ habeant n̄ ſēſitiuā aī
mam cuius ōnes potencie ſunt act9
corporalium organorū q ſubiacet eo
rum anima diſpoſicōni corporū ce
leſtium q aeri9 otinētis ex qua veni
unt aliqui futuri euētus In hoc tam̄
duo oſiderare oportet Primū vt hu
iuſmodi opacoēs non extendantur
niſi ad cognoſcenda futura q cauſa
tur per motus celeſtium corporum
Scd̄o vt nō extendantur niſi ad ea
que aliqualiter pſiūt ad huiuſ mōi
animalia ptinē coſequūtur em̄ per
celeſtia corpa quendam naturalem
inſtinctū ad ea que eorum vite ſūt
neceſſaria Sicut ſūt immutacōnes
que fiūt p pluuias q ventos q huiuſ
modi Scd̄o cauſat̄ iſte inſtinctus
ex deo vt patet in columba que deſcē
dit ſup xp̄m q coruo qui pauit heli
am q de apib9 plurimis i quodam
philoſopho ſcz platone qui dum in
fans iacēt ī cunabili apes mel labris
pueri inferebant ſingularē eius dul
cedinem futurā pſignātes Simile
legim9 de beato ambroſio Item de
ſancto fabiano legimus q ſuper ca
put eius deſcēdit colūba de celo pre
ſignans eius miraculoſam electiōez
in ſummum pontificem Item de du
abus aquilis alexandri magni q vt
fertur in die natiuitatis ei9 tota die
ſupra culmen domus eius patris ſe
derūt Quod omen ſecūdū augures
duplicis imperij europe aſieqz pſe
rētes q ſic de pluibus alijs ſecundū

q narratur in policraticō libro pri
mo capi xij Velle diuinare illis du
obus modis in auibus nō ē peccatū
Tercio veit tal' iſtict9 ex demoib9 q
vtūtur huiuſmodi operacōib9 bru
torum animaliū ad implicādas ani
mas vanis opioib9 talē ē ſupſticioſa q
illicita Tales debēt expelli ab eccleſia
vt patet xxvi queſtione iij capitu
Si quis clericus vl' monachus vl'
ſecularis diuinacoēz vl' auguria credi
derit obſeruanda Sequit̄ ibidē ab
eccleſie cōmunioē pellatur Item ibi
dem capitu cōtra ydolorū et capitu
augurijs Quarti vocat̄ cyromātici
q dicit̄ a cyros qd ē manus et man
cos diuinacō q̄i diuinacō manuū Ta
les ex ptractiōe lineaꝝ pnoſticāt in
finitas fatuitates qbuſdā diuināt fu
turas infirmitates aqb9 diuicias ali
qb9 eufortuniū āt diffortuniū Qui
dā vocat̄ icātatoēs q icātāt beſtias vl'
hoīes ne a feris deuoret̄ Vnde qdā
ſacd9 volēs ire p cāpos vidit dyabo
lum ī ſpecie humana cuſtodiētē por
cos ſciſſitat9 ab eo qſnā eēt Reſpō
dit dyabol9 q ille cur cuſtodis por
cos Reſpōdit icātati ſūt a quadā ve
tula Vt igit̄ eā cōfirmem ī ſua pſi
dia volo cuſtodire ne a beſtijs deuo
rentur.

Nō adorab' deos aliēos

et infra te erūt illa q̄b⁹ ꝑpoſitus es·
qꝛ p pc̄tm̄ homo deſeruit eū ſub quo
eſſe debuit·ideo ſubditus eſt eis ſup̄
q̄ eſſe debuit·Supra te eſt deus:ſub
te pecora Agnoſce eū q̄ ſup̄ te eſt:vt
cognoſcāt te q̄ infra te ſunt Jdeo cū
daniel agnouiſſȝ ſupra ſe deū:agnō
uerunt ſup̄ ſe illū leones Si aūt ſu
periorē cōtempſeris:ſubderis inferio
ribus·Propterea ſup̄bia egiptiorū
de ranis et muſcis domata eſt.Hec
aug⁹·Sed ꝓpter inobedienā oīa in
feriora nobis rebellāt Geñ·iij·Quia
comediſti de ligno ex quo tibi p̄cepe
ram ne comederes.Seqꝛ ibidē.Ma
ledicta ſit terra in ope tuo:ſpinas ⁊
tribulos germinabit tibi Sed Jo
ſue mādata dei cuſtodiuit·Jō ſol et
luna ſibi obedierūt Joſue.x·Legim⁹
etiā in vitaſpatrū qꝫ abbas paulus
p̄cepit diſcipulo ſuo Johi vt auſer
ret ei fimū boū q̄ erat ei neceſſari⁹ Et
ille ait·Jn loco vbi fimus eſt habi
tat leena·Cui abbas·Si venerit ſu
per te alliga eā et duces eā tecū Juit
ille et inuenit leenā·Et cū vellet ſup
eū ruere dixit Abbas p̄cepit mihi vt
alligē te et adducā te ad eū·Et ſta
tim beſtia ſtetit·Qui tenēs eam du
xit ad monaſteriū·Simile legim⁹

de.beato Jeronimo:cui leo ſeruiuit
vt patet in eius legēda·Quinto ſe
quitur dei benedictio·cuius exemplū
patet in abraham·qui obediuit deo
exiens in locū ad quem p̄ceperat do
minus·obediuit deo·volens immolaē
filium ſuum vnicum Jdeo dominus
ad eum dixit·Quia feciſti rem hāc
ideo benedicens benedicam tibi·Et
qui bn̄dixerit tibi ſit ille benedict⁹.
Jō dicitur deutronomij vndecimo En
propono in cōſpectu veſtro hodie ma
ledictionem et benedictōnem.Bene
dictionem·ſi obedientis mandatis
dei veſtri Maledictōnem ſi ea audie
ritis nec feceritis ſȝ receſſeritis de via
quā ego nūc oſtēdo vobis et ābulaue
ritis poſt deos ⁊c̄ Jdeo eccleſia pro
pter iobediētiaȝ infligit anathema
Sexto ſequitur eterne vite acqui
ſitio·Deutro·ſexto·Audi iſrahel pre
cepta domini ⁊ea in corde tuo quaſi i
libro ſcribe ⁊ dabo tibi terram lacte
et melle manantem·Gloſa id eſt ter
ram viuentium que fluit lacte huma
nitatis et melle chriſti deitatis·Se
cundo eſt obediendum ſpirituali po
teſtati ratione iſtructōis Ad hebre
os decimotcio Obedite prepoſitis ve
ſtris et ſubiacete eis Jpſi enim per
uigilant quaſi rationem reddituri
pro animabus veſtris·Sic obediē
dum eſt pape:et epiſcopis:et alijs
prelatis ſpiritualibus:quia ipſi per
uigilant ſcilicet predicando·ſtuden
do·et precepta dando·ſicut dicit bo
nifacius papa octauus in principio
decretalium de ſeipſo·Amplecti
mur quippe pro ipſorum quiete la

quiete labores. et noctes qñq3 trãſ
gimus inſompnes et ſcãdala remo
ueamꝰ ab ipis. Ideo di. xix. di. Sic
omnes aplice ſedis. ſanxiones accã=
piende ſunt tãq3 ipius diuina voce pe
tri firmate. Item dicit quaſi rõnem
redditurĩ ꝑ animabꝫ veſtris: qꝛ ipi
tenent̃ reddere rõnem ꝑ oibus ſibi
ſubiectis. Ideo merito obligamꝰ eis
obedire tanq3 patribꝫ noſtris ſpũa=
libus. Idcirco ſũmus pontifex in fi=
ne bullarũ ſuaꝝ ſp ãnectit. Nulli ho
minũ hãc paginã noſtri ſtatuti. or
dinatõis. ꝯceſſionis infringere liceat
vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si q̃s
aũt hoc attẽptare ꝑſumpſerit: indi=
gnationẽ omnipotẽtis dei et beatoꝝ
petri ⁊ pauli ſe nouerit incurſurum
Sed dubitat̃ in quo ꝯſiſtit obediẽ
tia. Rñt raymũdus ꝙ cõſiſtit in tri=
bus. Primo in reuerentia vt inferior
aſſurgat ⁊ cedat ſupiori. ei dando ꝑ
mum locũ in choro. in mẽſa. ſedendo
eũdo. Sic ſeculares debẽt venerari ſu
os ſacerdotes. Secũdo ꝯſiſtit in iu=
dicio. Ille habet eũ iudicare q̃ alteri
obedire tenet̃. Sic prelati ſpũales
et ſacerdotes habẽt iudicare ſecula=
res: et nõ ecõtra vt ptz. xi. q. i. c. ſacer
dotibus. Vbi dicit̃. Eccleſiaſtica q3
teſtatur hiſtoria cũ pie memorie cõ=
ſtãtino ꝑncipi ſcripto oblate accuſa
tões ꝯtra epos fuiſſent. libellos q̃de
accuſationis accepit. et ipos cõuo=
cans dixit Nõ eſt dignũ vt nos iudi
cemus deos. Ideo q3 dicit̃ ex̃ de iudi
cijs. c. Clerici nõ debent reſpõdere in
ſeculari iudicio cõſuetudine cõtraria
nõ obſtãte. Idem ex̃ de fo. ꝯpe. ꝑ to



tũ. Tercio ꝯſiſtit in ꝑcepto: qꝛ ſupe
rior habet precipe inferiori: et nõ e=
cõtra. Secũdo dubitat̃ vñ oritur in
obediẽtia: qꝛ nos cernimus maxime
vigere inobedientiã tam in ſeculari
bus q̃3 in ſpũalibꝫ Rñr. ꝙ ex tribuꝰ
oritur. Primo ex ſupbia ꝯtẽpnente.
qꝛ dicit baſilius in examerõ. Sup
bus ſubeſſe renuit. ꝑeſſe cupit: lege3
alios ſeruare querit. nullã ꝑ ſe habe
re. Ideo dicit augꝰ. ſup geneſ. li. xij
ad lrãm ꝙꝑmus homo q̃dã poteſta
te elatus. ꝯtempſit ſuare preceptũ.
Secũdo ꝓcedit ex ignorantia cõtin
gẽte. Quia multi offendũt in lege3.
qꝛ nõ ꝯgnoſcũt ſe malefacere. Vñ a
poſtolus ꝑme ad corinth. xiiij. Oïs
ignorãs ignorabitur Multi ſũt qui
nõ vadũt ad ſermonẽ vt poſſint ſe
excuſare p ignorantiã cõtra regulã
iuris. li. vi. c. Ignorãtia facti: nõ iu=
ris excuſat. Itẽ ex̃ de ꝯſtitutionibuꝰ
li. vi. c. aĩarum piculis. ꝙ ignorãtia
craſſa et affectata nõ excuſat Tercio
venit ex impunitate negligẽtis Vñ
Bernardꝰ ad eugeniũ papã Impu
nitas auſũ parit: auſus exceſſu3. Iõ
ſtatuta male ſeruãtur. qꝛ nõ puniũ
tur traſgreſſores tam clerici q̃3 layci
ymo minus clerici. Iõ vulgares ha
bent ꝯmune ꝓuerbiũ. Qui vult im
pune viuere: fiat clericus. Et ſi aliq̃
puniunt̃ ſũt paupes: tã in ſtatu cle
ricali q̃3 laycali. Ideo dicit valeriuꝰ
li. viij. ꝙ leges erant ſimiles telis a=
ranearũ q̃ puas muſcas retinẽt et a
magnis frangũtur. Nõ fecit ſic 3e=
latus q̃da3 de quo dicit valeriꝰ li. vi
Ille fecit ſtatutũ ꝙ deprehenſus in

adulterio: vtroque oculo orbaret. Tandem filius suus fuit deprehensus. Quem apprehendit volens in eo rigorem legis implere. Sed propter seniorum intercessionem vt legi satisfieret sibi eruit vnum oculum: et filio etiam vnum. Tercio debemus obediencie dominorum ptatum: ratione suppositionis .i. pe. ij. Subditi estote omni creature. siue regi tamquam precellenti etc. ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum. quia non est minus peccatum aliquando non obedire preceptis domini temporalis quam spiritualis. In his maxime ordo iusticie consistit. Ideo dicitur ad romanos .xiij. Omnis potestas a deo est: et qui potestati resistit. deo resistit. Ideo respondit xpc pilato. Non haberes in me potestatem vllam. nisi tibi datum desuper fuisset. Johannis .xix. Vnde aug. li. v. de ciui. dei ca. xxi. Qui romanum imperium dedit mario. ipse et gayo. Qui augusto. ipse et neroni. Qui vespasianis patri et filio suauissimis imperatoribus: ipse et domiciano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit. qui constantino xpiano. ipse apostate Juliano. Hec aug. Ideo debemus seculari potestati obedire et maxime imperatori romanorum qui solet coronari triplici corona vt dicit Jo. an. de iureiurando. in cle. c. romani principes. sup verbo. vestigiis. quod rex romanorum solet coronari triplici corona. Prima ferrea quam recipit ab epo coloniensi aquisgrani eiusdem diocesis. Et significat fortitudinem qua vincere debet rebelles et infideles conculcare. Secunda est argentea quam recipit in ingressu italie a mediolonensi archiepo: Et significat mundiciam et claritatem quam debet habere. Tercia est de auro quam recipit rome a papa. Et significat quod sicut aurum omnibus metallis est excellentissimum Ita imperator in iusticia et potencia debet excellere alios reges. Olim his tribus dabatur tributum romanis. In primo quinquennio ferrum ad faciendum lanceas et gladios etc. In secundo quinquennio argentum ad faciendum monetam pro stipendiariis conducendis. In tercio aurum pro ornatu templorum et deorum. Istud tempus quinquennium vocatur indicto. Ergo illi obligamur obedire quantum ad temporale miliciam. Sic regi in suo regno Duci in ducatu: magistrociuium in ciuitate: vxores maritis vasalli principibus: serui dominis: Ideo dicitur ad romanos .xiij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Ex his infero tria documenta. Primo si homo mansisset in statu innocentie: non habuisset regimen imperialis vel papalis eminentie. Probatur per greg. in pastorali. ca. xviij. dicentem. Omnes homines natura equales genuit etc. Non in sermone precedenti in quinto membro. Idem dicit petrus rauennas vt patet ibidem. Ideo dicit magister egidius in li. de regimine principum: quod tres sunt actus principatus scilicet defendere: corrigere: et docere. Primi duo actus ibi non fuissent: quia ibi nemo alium inuasisset. Ergo non primus: nec secundus: quia vbi nullum peccatum. ibi non est necessaria correctio quia in nullum fuisset peccatum per casum positum. Tercius ex aliqua modo ibi fuisset licet improprie. Secundum documentum est quod regimen papale et imperiale non erit post hanc vitam in regno supremo. probatur per illud .i. ad corint. xv. Cum

tradiderit regnum deo patri. i. ad vi
ſionem dei patris criſtus electos du
cet. et euacuabit omnem pricipatuz
atqz poteſtatem. Ubi dicit gloſa: et
ponit a magiſtro li. ij. di. vi. Dū mū=
dus inqt durat. āgeli angelis. demo
nes demonibus. homines hominibꝫ
preſunt. Ratio huius eſt. qꝛ in pre=
ſenti vita ſemper peccamus. Indige
mus ergo prelatis qui corrigāt nos
Sequitur correlarie ꝙ ſicut homi=
nes de die in diem deteriorant ſic ec
cleſie prelati peiorātur. Ideo dicitur
ſapiētie. viij. Per me reges regnāt
et tyranni tenent terram. Ideo dicit
Job. Qui regnare facit ypocritam
ꝓpter peccata populi. Cuius ſimilitu
dinem recitat valerius li. vi. de qua
dam vetula que orabat deum ꝑ vita
dyonisij tyranni. A qua cum ille q=
reret. Quo merito ſuo hoc ipſa face=
ret Reſpondit. Quādo eram puella
grauem habuimus tyrannū: Carere
eo cupiebāt Quo interfecto deterior
arcem occupauit. Eius quoqz finiri
dn̄ationem cupiebant. Terciū te in
oportuniorem ſuper omnibus habe
re cepimus rectorem. Timeo itaqz ſi
tu fueris aſſumptus ꝙ deterior in lo
cum tuum ſuccedat. Tercium docu=
mentum. Auctoritas papalis in ma
gna auctoritate excellit imperialem
vt patet. xcvi. di. c. Duo ſunt quibꝰ
hic mundus principaliter regitur.
vt ſcribit gelaſius papa anaſtaſio
impatori. ſcz auctoritas ſacra ponti
ficum et regalis poteſtas. in quibꝰ
tanto grauius eſt pondus ſacerdotū
quāto etiam ꝓ ipſis regiminibꝰ ho



minuz in diuino examine redditurī
ſunt rōnem. Et infra. Aurum nō tam
precioſius plumbo eſt ꝙ̄ regia pote
ſtate ſit altior ordo ſacerdotalis. Idē
patz de maio. et obe. c. ſollicite. Ubi
ſcribit papa impatori. Noſſe inqt
debueras ꝙ deꝰ fecit duo luminaria
magna in firmamēto celi. Lumina
re maius vt preeſſet diei. Luminare
minus. vt preeſſet nocti Utrūqz ma
gnum: ſed alterum maius. Ad fir=
mamentum ergo celi hoc eſt vniuer
ſalis eccleſie. fecit deus duo lumina=
ria magna. i. duas inſtituit dignita
tes. que ſunt pontificalis auctoritas
et regalis poteſtas. Sed illa que p̄
eſt diebus. i. ſpiritualibꝰ maior eſt.
Que vero carnalibus minor Ut quā
ta eſt inter lunam et ſolem. tanta in
ter pontifices et reges differentia co
gnoſcatur. Hec ibi. Idem patet in
multis exemplis in anima et corpe.
Item papa habet coronare impa=
torem et inungere. vt patz de electō
ne. c. venerabilem. Sequitur ꝙ ma
gis eſt obediēdum ſummis pontifi=
cibus ꝙ̄ impatoribus aut regibus
aut ducibus. qꝛ nō impatoribꝰ aut
regibus dictum eſt. ſed petro. Tibi
dabo claues regni celorum ꝛc̄. Item
nō impatoribus aut regibus dictū
eſt. Accipite ſpiritum ſanctum: quo
rum remiſeritis peccata ꝛc̄. vt patz
Johis. xxiiij. Quarto debemus obe
dire prelatorum voluntati rōne pro
feſſionis. Ideo dicit augꝰ. in regula
Prepoſito noſtro tanꝙ̄ patri obedia
tur. multo magis preſbitero q̄ oim̄
noſtrū curam gerit Ad hebreos. xiij.

.xiij. Obedite prepoſitis veſtris Ipſi
eni puigilant quaſi ronem redditu
ri p animabꝰ veſtris. Tales tenent
obedire ad q̄ p votum ſe obligaue
runt vt ſūt omnes religioſi. De his
hugo in li. de clauſtro anime. Leuior
eſt labor clauſtri q̄ caſtri et tn̄ plus
timetur. Leuius eſt pondꝰ tunice q̄
lorice. Tutius eſt clauſtrū q̄ caſtrū
Tutius eſt abbatis obediētia q̄ re
gis iuſſio. Hec inter gladios mittit
illa picula vitat. Hec ille Sciendū
q̄ ſm beatū auguſtinū tria ſūt ge
nera monachorū. vt ptꝫ in ſermone
de generibus monachorū Vnum eſt
genus cenobitarū. q̄ in ꝯgregatōne
piter habitantes vnius ſenioris iu
dicio gubernāt Et dicti ſunt ſm pa
piam a cenon qd̄ eſt ꝯmune latine.
Iſi cenobite dicunt quaſi in ꝯmune
viuētes: q2 in talibꝰ p̄mo dꝫ eē ꝯmu
nitas localis cohabitationis. ſecūdo
ſpūalis vnionis. Et tercio tēporalis
poſſeſſionis Primo debet eſſe vnitas lo
calis cohabitatōnis ſcꝫ monaſterij
Cuius iniciū venit ab aplis. qui ſi
mul habitauerūt in hieruſalem in ce
naculo grandi. pſeuerantes in orōne
cum mulieribus et maria ꝛc. Tales
grauiter peccāt q̄ ab hac ſcā ꝯmu
nione recedūt. Cuius peccati g̃uitas
ptꝫ ex multis. q2 excōmunicatus eſt
tam a canone ſi habitū dimiſerit. q̄
ab ordine. etiā ſi habitū retinuerit.
Secūdo inutilis eſt ad vitā eternaꝫ
obtinendā. Iuxta illud euāgelij Ne
mo mittēs manū ad aratrū et reſpi
ciens retro. aptus eſt regno dei. Qm̄
ſicut piſcis ſine aqua: ſic monachus
ſine monaſterio caret vita vt legit
.xvi. q. i. c. placuit. Sꝫ q2 apoſtoli
a qbꝰ incipit talis ꝯmunio nō ſemp
habitauerūt ſimul. p̄mo ſicut legit
in actibꝰ aplorū. ipi diſpergebant
p totū mundū ad predicandū verbū
dei et tn̄ eorū ꝯmunio nō fuit diſſi
pata. Sic in ꝓpoſito aliq̄ fratres re
cte exeūt de monaſterio: non tn̄ rece
dūt ab hac ꝯmunione ſeruatis quī
qꝫ. Primum eſt ſi ſemp retineat ani
mus ad reuertendū. Si q̄s aūt ani
mo nō redeūdi exiret: ꝓculdubio eſ
ſet apoſtata. Secūdū eſt vt cauſa le
gitia pretendat. Nō eni ex quacūqꝫ
leui cauſa religioſus debet exire mo
naſteriū: ſed p negocio ꝯmuni cōuē
tus ſeu p queſtu: aut ad predicādū
Simile eſt de monialibus Terciū
eſt vt licentia ſupioris habeat Alit
eſſet ſicut menbrū abſciſum. Quar
tum eſt vt a prelato ſibi ſocius ad
iūgatur. et ex hoc prelatus ſaluat eū
vt nō ſit extra collegiū vel cōgrega
tione cum duo faciāt ꝯgregationem
vt ptꝫ ex̄ de elec. c. p̄mo. et tres colle
gium. ff. de verbo. ſigni. l. neracīꝰ. Jō
auguſtinus volens ſuos fratres nū
q̄ eſſe ſine collegio dixit in regula.
Nec eāt ad balnea ſine quacūqꝫ ne
ceſſitate niſi ſint duo vel tres Alia rō
huius eſt. vt ſe inuicem cuſtodiant.
Ideo ait augꝰ. Quādo eſtis in eccle
ſia vel vbicūqꝫ femine ſūt. inuicem
veſtram pudiciciā cuſtodite. Tercio
vt frater ſue caſtitatis teſtē habeat
Sic dixit q̄dā puer aſſociatus ſeni.
Qui ſenex ait. O puer ad q̄d veniſti
Rūt. Veni vt ſim teſtis probitatis

ſocij mei Secūdo debet in illis eſſe
cōio tpalis poſſeſſionis· De q̄ actuū
·iiij· Nec q̄ſq̄ eorū poſſidebat aliq̄d
nec ſuū eſſe dicebat: ſed erāt illis om
nia cōia. Sed olim in collegio apo
ſtolorū fuit vnus fur ſcz Judas Sz
nūc eſt in cōitate q̄runda religioſo⸗
rū vix vnus petrus ſed bn̄ plures fu
res. Et illi ſūt peiores q̄ȝ iudas. Ter
cio ibi dȝ eē cōitas ſpūalis vnionis.
Vn̄ aug⁹· Quid pdeſt ſi nos ↄtinet
vna domus: et ſepat diuerſa volun⸗
tas· Oportet em̄ in vnum ſumus cō
gregati corpaliter et ſimul habite⸗
mus ſpūaliter· Non aliq̄s locus fa
cit hoiem ſanctū·xl.di·c. Illud. Pſ.
Ecce q̄ȝ bonū et q̄ȝ iocūdū: habitare
fratres in vnū· Vn̄ aug⁹ in regula·
Sit vobis cor vnū et aīa vna in do⸗
mino· Hic eſt rectus ordo viuendi·
Primo vt ſit volūtas vna: deinde cō
cors vita Si ego volo facē volūtatē
meā ⁊ ille ſuā: tūc ſiūt diuiſiones: ⁊
oriunt̄ lites· Secūdū genus mona
chorū eſt heremitarū· Cui⁹ pnciṗes
paulū et anthoniū nouim⁹ fuiſſe ad
imitationē Johis baptiſte· q̄ i here
mo tota etate pmāſit· A q̄ incepit i
nouo teſtamēto ordo heremitarū vt
ptȝ.ij·q·vij·§· vltimo· Tales tenēt̄
obediē epis ne videant̄ acephali·d̄i
·xcij·c·null'a·et·c·ſequēti·et·xi·q·iij·
ſi aūt· Talis aūt eſt deus aut beſtia.
Dubitat̄ vtrū ſit pfecti⁹ viuere i he
remo q̄ȝ in cōi vita fratrū ſub vno p̄
lato· Rn̄r q̄ multo ſecurius eſt viuē
in cōi vita fratrū ꝑpter quatuor Pri
mo ex ſancta inſtructōne· Jux̄ illud·
Cū ſancto ſanctus eris· q2 facilit̄ p̄t



ſolitari⁹ incidē in errorē ⁊ q̄s talem
tūc informaret Vn̄ Jero· ad ruſticū
monachū· Mihi inq̄t placȝ vt ha⸗
beas ſacrū cōtuberniū In ſolitudine
cito ſubripit ſupbia· dormit homo
q̄n̄ voluerit· nullū veret̄. Tu autē in
cōitate q̄ viuis· nō facis qd̄ vis. Co
medis qd̄ iuberis: ſubiciens cui non
vis Secūdo ꝑpter morū directionē.
Nā exēplis et moribꝰ alioꝝ corrigū
tur· Salomō· Ve ſoli: q2 ſi ceciderit
nō hȝ ſubleuantē. Nemo bn̄ cogno⸗
ſcit defectus ꝑprios Tercio in orōnū
exauditōne· Vn̄ ſaluator inq̄t Joh.
xviij· Si duo ex vobis ⁊c̄. Et ſubdit
Vbi duo vel tres ⁊c̄· Si hoc de duo⸗
bus l' tribꝰ dictū eſt· quāto magiſ
in multorū cōgregatōe Sequit̄ cor
relarie q̄ melius eſt dicē horas cano
nicas in ↄgregatione fratrū in eccle
ſia q̄ȝ ſeorſū· ſicut patȝ in carbonibꝰ
bn̄ coadunatis q̄ bn̄ ardent· Quar⸗
to i tēptatōnū ſupatōe: facili⁹ homo
ſupat tēptatōnes diaboli i ↄgrega
tione Vn̄ Jero· ad ruſticū monachū
ſcribēs de q̄dā frē q̄ ex induſtria pa
trū fuit liberat⁹ a maxia tēptatōne
Et ſubdit· O ſi ſol⁹ fuiſſet· q̄ adiuto
rio ſupaſſȝ· Quaſi dicēt· Nullo· Cō
uenit g° vita illa pfectis vt fuit Joh.
baptiſta et paul⁹ ⁊c̄· Terciū gen⁹ ē
ſarabaytarū· Hij foris predicabāt
paupꝛtatē· Nullā egeſtatē portaē vo
lētes· In cūctis ſuis opibꝰ q̄rūt lau
dari ⁊ venerai Corpa foris deſpecti⁹
veſtibꝰ tegūt: ſȝ intus ad carnē pur
pura induunt̄· In cinere p̄dicāt ſe ia
cere ſed in pallacijs mollia ſtrata nō
deſpiciunt· Angelicam faciem foris

oſtendũt·ſed lupinam eos intus
habere non dubitamus· Tales nul=
lius ſenioris volũt ſubdi imperio· Ta
les nũc plures habent imitatores q̃
falſum nomen portãt religioſorũ p̄=
dicantes pauptatem et ſummo ſtu=
dio captant rerũ pſperitatẽ·foris re
ligioſi ſed intus lupini· omnino ſi=
miles ſepulchris dealbatis. De q̃bꝰ
math·xxiij·Ve vobis phariſei q̃ p̄=
dicant ſobrietatẽ ⁊ ſunt ipſimet gu=
loſi·predicãt ꝯtinentiã: et ſunt luxu
rioſiſſimi ⁊c̃· Potius deberet homo
puerũ ſuũ iugulare q̃ꝫ portare ad ta=
le clauſtrum vbi eſſet vita diſſoluta
Aut ponere filiã ſuã ad pſtibulum
q̃ꝫ ad clauſtrũ monialiũ vbi ẽ mala
vita Et q̃ ſuadet alicui ꝙ intret clau
ſtrũ nõ reformatuz: peccãt mortalit̃
Patet p dictũ noſtri ſaluatoris di=
centis math·xxiij·Ve vobis ſcribe ⁊
phariſei q̃ circuitis mare et aridam
vt faciatis vnũ pſelitũ·et cuz factꝰ
fuerit facitis eũ filiũ gehẽne·Ad lite
ram phariſei currebãt p mare ⁊ ter
ram p̄dicando et aliquẽ gentilẽ ad eo
rum ritũ inducẽdo·q̃ dicebat̃ pſeli
tus·q̃ in mala vita eos ſectabat̃·et
fuit dampnatus· Sic faciũt q̃dã re
ligioſi q̃ quoſdã ſimplices alliciunt
ad eorũ malã vitam:et ſic cũ eis dã
pnantur ⁊c̃· Quinto debemus obe=
dire pentũ dignitati·rõne pꝑagatõ
nis· Ad col·iij· Filij obedite pntibꝫ
p omnia· Dicit ſanctꝰ thomas ſcda
ſcde·q·ciiij.ar.v·ꝙ in his que ptinẽt
ad corpis ſuſtẽtationẽ et pplis gene=
rationẽ,nõ tenent̃ nec ſerui dñis nec
filij pentibꝫ obedire videlicet de ma
trimonio cõtrahẽdo vel virginitate
ſeruanda· Sed in his q̃ ptinent ad
diſpẽſationẽ actuũ ⁊ rerũ humana=
rum·tenet̃ ſubditus ſupiori obediẽ
ſcḋm rõnem ſupioritatis· ſicut miles
duci exercitus in his q̃ ptinẽt ad bel
lum·ſeruus dño in his q̃ ptinẽt ad
opa ſeruilia exequẽda· Filius patri
in his q̃ ptinent ad diſciplinã vite ⁊
curã domeſticã· Dicit enĩ ſeneca li·iij
de bñficijs· Errat ſi q̃s eſtimat ſerui
tutẽ in totũ hominẽ deſcendẽ Parꝰ
enĩ melior excepta eſt· Corpa obnõ
xia ſũt et deſpecta.animus q̃dem me
us eſt ſui iuris· Ideo in his q̃ ptinẽt
ad interiorem motũ volũtatis homo
nõ tenet̃ obediẽ homini ſed ſoli deo
q2 omnes hoĩes natura ſũt pares ĩ
his q̃ ptinẽt ad corporis ſuſtentatio
nem et pplis generationẽ· Ideo ĩ his
nõ tenẽt ſerui dominis obedire nec
filij pentibus · Hec thomas vbi ſu
pra· De obedientia filiorũ nota in p̄
mo ſermone huius precepti

DEcimo peccãt cõtra illud
preceptuz omnes illi qui
nõ curãt excõmunicatões
prelatorum eccleſie cõtra
illud qđ dicit̃ mathei·xviij· Tibi da
bo claues regni celorũ Et quodcũqꝫ
ligaueris ſuper terram erit ligatum
et in celis·⁊ quodcũqꝫ ſolueris:erit
ſolutum ⁊c̃· Has claues diffinit ma
giſter ſentẽtiaruz·li·iiij·di·xviij·di
cẽs ꝙ clauis ẽ ptãs ligãdi ⁊ ſoluẽdi
Quia eccleſiaſticꝰ iudex dignos pt̃
recipe et indignos excludẽ a gloria·
Has dñs dedit petro ⁊ oĩbus epĩs

mediante petro vt p̄tz·xxij·di·c̄· om
nes. Vbi dicit· Xp̄c ſolus eccleſiam
fundauit ⁊ ſup̄ petrā fidei mox naſcē
tis erexit Qui beato petro clauigero
terreni ſimul et celeſtis imperij iura
cōmiſit· Jō papa ꝓ ſuis armis ha=
bet claues albas in rubeo clipeo ī ſi=
gnū. ꝙ ſibi ſūt cōmiſſe claues ligādi
atqȝ ſoluēdi· Notādū ſm̄ ſcotū·iiij·
ſentētiarꝝ di·xviij· ꝙ eſt duplex iudi
ciū. Primū eſt occultū qd̄ xp̄c tāgit
math·xviij· cū dixit petrus· Si fra
ter in me peccat quotiēs dimittā ei?
Vſqȝ ſepties· Rn̄t xp̄c Nō dico tibi
ſepties: ſȝ ſeptuagies ſepties. In ta
li enī foro idem eſt accuſator ⁊ reūs·
Secūdū eſt iudiciū publicū de quo
etiā math·xviij· Si peccauerit in te
frater tuus· corripe eū inter te ⁊ ipm̄
ſolū ⁊c· Sequit· Si eccleſiā nō au
dierit· ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publi
canus Tūc ſequit auctoritas cū dici
tur· Qd̄cūqȝ ligaueris ſup terrā ⁊c·
Sed talis ptās excōicādi nūc mini
me curat. qꝛ tā layci ꝙ̄ clerici nūc ta
libꝰ cōicāt· imo a clericis vilipendit
qꝛ cōicāt cū excōicatis ſine verecūdia
in mēſa ⁊ in oſculo ⁊c. Jō hic tria ſūt
dicēda· Primo quare excōicatio eſt
maxie ab oibꝰ formidāda· Secūdo
in q̄bꝰ caſibꝰ nō eſt tenēda· Tercio
qualit ſentētia interdicti eſt obſer
uāda Dico p̄mo ꝙ excōicatio eſt timē
da ꝓpter octo rōnes· Primo· qꝛ eſt
ictus gladij ſpūalis q̄ magis timē=
dus eſt ꝙ̄ materialis· De quibus
gladijs luc·xxij. Ecce duo gladij hic
Nā materialis perutit corpus· ſpūa
lis vero aīaȝ· Materialis ſepat cor=



pus ab aīa: ſpūalis vero aīaȝ a deo·
Vn̄ aug?· Qui excōicat grauiꝰ eſt il
li ꝙ̄ ſi gladio feriret. ſi a feris deuo=
raret et ſi a flāmis exureret De his
gladijs dr̄·xxxiij·q·ij.c. Interfecto
res· criminoſos ſpūali gladio ū ma
teriali eccleſiaſtica diſciplina ferī=
re iubet· Tali gladio excōicatōis p̄t
papa excōicare omnes malos reges
et p̄ncipes· Quia xp̄c ſibi dixit· Qd̄
cūqȝ ligaueris ſup terrā ⁊c· Ex h̄ ptȝ
falſitas quod dicit ſpeculuȝ ſaxonū·
·clxxxij· capi· ꝙ papa nec aliq̄s ali
us poſſet impatorē excōicare niſi in
tribꝰ caſibꝰ ſcȝ ſi dubitet in fide· ſi re
pudiet vxorē· vel deſtruat eccleſias
Falſitas huius patet· qꝛ beatꝰ am=
broſiꝰ ep̄s mediolanē· excōicauit theo
doſiū impatorē ꝓpter ſubitā ſentētiā
mortis· Et ibi nō fuit aliq̄s caſuū Et
ponit hiſtoria·xi·q·iij·c· cum apud
theſſ· Itē innocētiꝰ tercius depoſuit
ottonē terciū. qꝛ fidelitatē iuramenti
qd̄ eccleſie fecerat nō ſeruauit· Itē
innocētius quartꝰ excōicauit frederi
cū et eū depoſuit. qꝛ eadē res p quas
cauſas naſcit p eaſdē etiam deſtruit
vt ptȝ extra de regul iuris· Sed im
pator ſit p electionē ⁊ pape ↄfirma
tionē· vnctionē et coronationē· ergo
p eius depoſitionē etiā impator depo
nit· Item falſificat aliꝰ articulus in
eodē ſpeculo poſitꝰ·c·xc· videlicet ꝙ
excōicatio neminē īpediat a iure ter=
re vel feudi· Oppoſitū determinatur
de ſenten·excōi·libro ſexto. Decerni=
mus vt iudices ſeculares per cenſu
ram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis
iudicibus canonica etiam monitōe

premiſſa repellere excōmunicatōs: ⁊ ab agēdo· patrocinādo et teſtificando in ſuis curijs ⁊ iudicijs cōpellant. Hec alexāder quartus Rō huius eſt ne poteſtas ſecularis recipiat hunc quem ſua mater excludit vt ſpūs eiꝰ ſaluus fiat Tenētes iſtos articuloꝫ de facto ſunt excōmunicati. vt ptz ex̄ de ſen. excō· c· nouerit· Clarus eadēꝫ materia ptz· xcvi· c· duo ſunt· ibi dicitur ꝙ gelaſius anaſtaſiū impatorem excōmunicauit· Et Innocētius papa ſecūdus archadiū impatoreꝫ Nā leges impatorū q̄ ſunt cōtra canones nulliꝰ ſūt momēti vt ptz de teſta· c· cū eſſes· ⁊ ex̄ de no. ope· nū· c· i· ymo impator oīs ſuas leges ſubicit correctioni ap̄l'ice ſedis vt ptz in autē· de eccle· titu· col̄· ix· §· i· Dubitatur· vn̄ excōmunicatio habuit ortū Rn̄r· ꝙ habuit ortum ex quadruplici lege ſcꝫ· Ex lege moſaica·

Ex lege euāgelica·

Ex lege apoſtolica·

Ex lege canonica·

Prīo venit ex lege moſayca· vt pātꝫ deut· xxvij· ꝙ ſex tribus ſteterunt in mōte garizim ad maledicendū· Et ſex in monte gebal. vbi leuite pnūciabāt. Maledictꝰ homo q̄ facit ſculptile ⁊ cōflatile· Et reſpōdit oīs populus Amē: Maledictus q̄ nō honorat patrē et matrē· maledictus q̄ puertit iudiciū aduene· pupilli et vidue· Rn̄t omnis populus Amen· vt ptz ibidem· Secūdo venit ex ſtatuto euāgelico. mathei· xviij· Si eccleſiā dei nō audierit· ſit tibi ſicut ethnicꝰ ⁊c̄· Tercio venit ex lege apoſtolica· i· ad corinth· v· qn̄ ap̄l's paulus tradidit fornicatorē ſathane ad interitum carnis vt ſpūs ſaluus fiat· Jō dr̄· xxiiij· q· iij· c. ap̄l'ice· ꝙ excōmunicationē traxit eccleſia ab apoſtolo q̄ corinthū tradidit ſathane. Et· xi· q· i· c· omnis ⁊c̄· Et hoc quarto iam ex lege canonica· Secūdo ideo eſt timēda qꝛ excōmunicatus ſathane traditur vt ptz· xi· q· iij· c. Omnis xp̄ianꝰ q̄ a ſacerdote excōmunicat̄ ſathanē tradit̄ Quia extra eccleſiā diabolꝰ eſt ſicut in eccleſia xp̄s eſt. Ac p hoc diabolo tradit̄ qui excōmunicat̄ Vn̄ apoſtolus· i· ad corinth· v· Ego q̄dē abſens corpore ſed pn̄s ſpū· in virtute dn̄i noſtri ihesu xp̄i tradere iudicaui huiuſmodi hoīeꝫ ſathane Quia hāc poteſtatem habuit apoſtolus vt cum aliquem a ſtulticia ſuā non poſſet remouē diabolo eū vexādū tradidit quouſqꝫ penitētiā a malo agēret Hec gloſa magiſtri ibideꝫ· Tercio eſt excōmunicatio timēdā qꝛ excōmunicatus eſt quaſi mēbrum abſciſum a corpe qd̄ nullius valoris eſt· Vn̄ augꝰ· et ponit̄· xi· q· iij· c· Nihil ſic formidare debet xp̄ianus q̄ ſepari a corpe xp̄i· Si em̄ ſepat̄ a corpe xp̄i: iam nō eſt mēbrū eius· Si non eſt mēbrū eius: iam non vegetat̄ ſpū eius Hic etiā eſt ſicut ramus a trunco abſciſus· q̄ ſtatim poſt abſciſionē areſcit· et q̄ ad nihilū valet niſi ad eternū ignē. Hoc ptz ex euāgelio vbi dn̄s dicit· Ego ſū vitis vera: vos palmites· Sed homo excōmūicatus ē ſimilis palmiti abſciſo a vite· Vn̄ ezechiel· Fili hoīs quid fiet de ligno

vitis ex ōnibus lignis nemoruꝫ q̄
ſunt inter ligna ſiluarū ⁊c̄. Oꝫ aūt ta
lis auctoritas p̄latorū habeat ma=
gnā poteſtatē in ligādo et ſoluendo
ptꝫ p tale exēplū. Quidā comes fuit
in toloſa ciuitate. q̄ fuit fautor et re=
ceptor hereticoꝝ Et oīs talis de facto
eſt excōicatus vna cū hereticis. Et q̄
dā ſanct⁹ abbas fuit ad eundē comi
tē miſſus ad monendū eū Qui cū vi
ro ſācto nollet acquieſcē nec excōicā
tionē timeret. ſciēs vir ſanct⁹ ꝙ cor
puerſū verbis nō ꝯpūgiꝉ dixit comi
ti. Vt tu et tui videāt factis ꝙ īfecta
ſit aīa q̄ vinculo excōicatōis eſt inno
data volo mihi apportare albū panē
Quo ſibi allato dixit. O panis licet
tu nō merens. tū vt in te oſtēdaꝉ ſi
dei veritas excōico te Quo dicto pāis
inter manus eius q̄ añ erat cādidus
mox niger factus eſt. Quē p̄cepit in
duas ptes diuidi. et interi⁹ ſimiliꝉ
apparuit niger muſcid⁹ ⁊ corrupt⁹
Tūc ſubiūxit Vt etiā ſciatis virtutē
abſolutōis. accepto pane abſoluit
eū. q̄ in p̄orē ſpeciē ⁊ cādorē eſt reuer
ſus. Ergo bn̄ diffiniūt excōicationē
dicētes. ꝙ eſt a cōione fideliū et a p
ceptione ſacramētoꝝ legitiā ſepatō
Et eſt duplex ſcꝫ minor ⁊ maior. Mi
nor eſt tm̄ a ſepatione ſacramētorū
Sꝫ maior eſt a ſepatōne ſacramēto
rū et etiā a cōione fideliū ⁊c̄. Quarto
eſt timēda. qꝛ excōicatus ē q̄ſi lepro
ſus. q̄ ſepaꝉ ab alijs hoībꝫ. Si ergo
lepra corpalis timeꝉ ab hoībꝫ: mul
to magis ſpūalis. Jō diciꝉ. xxiiij. q
. iij. c. Reſecāde ſūt putride carnes et
ſcabioſa ouis a caulꝉ repellēda eſt ne



tota domus. maſſa et corp⁹ ardeat ⁊
corrūpaꝉ. Arrius fuit vna ſcintilla
in alexādria q̄ totā illam patriā ac=
cendit. Sicut ergo leproſus ſepaꝉ
a cōſortio hoīm. vt ptꝫ nūi. xij. de ma
ria ſorore moyſi q̄ fuit ſepata a ꝯſor
tio hoīm: ſic ē leproſus ſpūalis ne a=
lios inficiat Et in h̄ eſt deterior alijs
pctōribꝫ. qꝛ cū alijs pctōribꝫ licꝫ lo
q̄. ꝯmedē. et orare. ſꝫ nō cū excōicato
qꝛ facim⁹ pctm̄ mortale. q̄tiēs cū eo
oram⁹ in ecc̄ia. q̄tiēs eū ſalutam⁹ in
via. q̄tiēs ſibi damus oſculū. quoti
ens cū eo cōicam⁹ in actibꝫ ciuilibꝫ.
et q̄tiēs cū eo in mēſa comedim⁹. ⁊ ſi
valedicimus vt ptꝫ in h̄ metro. Os
orare vale cōio mēſa negaꝉ Excipiū
tur tn̄ aliq̄ caſus q̄ patet in iſto ver
ſu. Vtile lex humile res ignorata ne
ceſſe. Vtile. i. ꝓpter vtilitateꝫ ſuā ſcꝫ
qn̄ loq̄ꝉ de his ſecū q̄ ptinēt ad abſo
lutionem vel ad ſalutē anime ſue li=
cet alia verba incidentaliter parat vt
mag̊ ꝓficiat. Lex. i. matrimoniū. qꝛ
vxor eius eſt excuſata. ſi pticipat cū
viro. Humile. ſilij excuſanꝉ a parti
cipatione patris excommunicati. Et
hoc intelligitur ſm̄ guilhelmū de fi
lijs qui adhuc ſūt ſub poteſtate pa
tris et ſunt cōmenſales. Hic etiam
excuſantur ſerui et ancille. q̄ ante ex
cōmunicatōnem fuerunt in ſeruicio
illius excōmunicati. Res ignorata id
eſt cū q̄s facit ꝓpter ignorātiā ſcꝫ cū
quis ignorat illum eſſe excōmunica=
tum. Neceſſe id eſt cū viator ambu
lāt per terras excōicatorum vbi opor
tet eum emere neceſſaria vite tunc

excuſatur. Alij ſemper peccant mortaliter: vt q̄ cū illis bibūt aut edūt et ſic de alijs. Si enī homo ſciret ſe incurrere leprā corpalē cum pticipatione vnius leproſi quātū caueret. quāto magis debet q̄s cauere in lep̄ ſpūali. Quinto excōicatio eſt timenda. q2 excōicatus p̄uatus eſt omni auxilio et oīm bonorū eccleſie q̄ in ea fiūt. Quā pticipationē dauid inſtāter petijt dicēs. Participez me fac de iis oīm timentiū te Sic ille p̄uatus eſt oīm miſſarū.orōnū fideliū et ieiuniorū q̄ fiūt in eccleſia dei. Quis enī digne ſufficeret eſtimare valorē vnius miſſe? Quid tūc de oībus q̄ p totum mundū celebrāt et de oibus bonis mūdi. q̄bꝫ ille excōicat? carebit q̄pdiu pdurat i excōicatione: ymo talis perit in corpē ⁊ in anima. Cuius exemplū ptꝫ in li. de illuſtribꝫ viris ciſterſien. de quodā coruo. q̄ anuluz corbeienſis abbatis furatus fuit. et ſentētia excōmunicatōis poſt furem pmulgata fuit. Coru? vero penas excōicationis luit vſq3 ad deplumationem et appetitus comedēdi p̄uationē fere vſq3 ad mortē. Qđ ex hoc patuit. q2 anulo reperto in nidulo ſuo ⁊ relaxata ſentētia cepit ſtatim corꝰ ſuus replumeſcē et appetitū comedendi recupare: atq3 cōualeſcēdo reuiuiſcere. Si hoc in volucre factū eſt: q̄d non fiet in hoīe? Sequit̄ correlarie q fatue loquunt̄ tales laycí q̄ dicūt Iſte ſacerdos diu debet me excōicare q̄uſq3 frangat̄ mihi aliqđ os in corpore. Sexto eſt timēda: q2 impedit abſolutionē peccatorū vt ptꝫ. xxiiij.

q. i. c. q̄ncūq3. Vbi dicit beda. Quicūq3 ab vnitate fidei vel ſocietate petri et pauli q̄libet mō ſemetip̄os ſegregauerint: tales nec a vinculis peccatorū abſolui: nec ianuā poſſunt celeſtis regni ingredi Et hoc verū eſt q̄ diu eſt excōmunicat?: niſi in articulo mortis. vt ptꝫ. xvij. q. iiij. c. Si q̄s ſuadente. Quia ꝑpter peccatū mortale excōicatur: ꝫ nō p quocūq3 peccato mortali ſed p ꝯtumacia vt ptꝫ. xi. q. iij. epi. Hec enī ꝯtumacia eſt triplex. Nam alia eſt nō veniēdo ad iudiciū q recepta citatione venire cōtēpnit. Scđa. q2 malicioſe ſeipm occultat ſiue impedit ne poſſit ad eū citacio venire. Tercia qn̄ citatus ad iudiciū venit ꝫ nō vult ſtare iuri vel ān diffinitā ſentētiā ptinaciter receſſit. Talis ſ p eſt in peccato mortali Ergo q̄pdiu ptinaciter retinet inobediētiā q̄ eſt peccatū mortale: tādiu nō poteſt abſolui a peccatis. Seq̄t̄ correlarie q omnes inobedientes eccleſie vt ſunt heretici.pagani ⁊ ſic de alijs nō poſſunt abſolui a peccato. ⁊ ſūt fugiēdi tāq̄ mēbra putrida exēplo Iohis euāgeliſte. De quo. xxiiij. q. i. c. omnis. vbi dicit̄ q quodā tēpore cū Iohēs apud epheſuz balnea lauādi grā fuiſſet ingreſſus et vidiſſet ibi cerinthū. exilijt ꝯtinuo ⁊ diſceſſit nō lotus dicēs. Fugiam? hinc ne balnea ip̄a corruāt i q̄bus cerinthus lauat̄ inimicus veritatis. Septimo excōmunicatio eſt timēda. q2 excōicatus ſi morit̄ eius corpus non p̄t ſepeliri in cimiterio vt ptꝫ. xxiiij. q. ij. c. Sane. Vbi dicit leo papa

doctor egregius. Quibꝰ viuis nō cōi
cauimꝰ· nec mortuis cōicare debemꝰ
imo cimiteriū eſſet violatū Itē ptz
ex̄ de ſepultur̄·c·ſacris· Cōtigit mo=
dernis tpibꝰ ꝙ illiꝰ de forti brachio
q̄ fuerat excōicatus a papa martino
poſt mortē pape ab amicis eius oſſa
fuerūt exhumata·et in eccleſia rome
ſepulta Sequenti nocte muri eccle
ſie intrauerūt terrā ad quātitatē hoīſ
Niſi iſta oſſa fuiſſent ab eccleſia ꝓ=
iecta tota eccleſia a terra fuiſſꝫ abſor
ta· Idē patꝫ li·ij·dial·de duabꝰ mo
nialibꝰ excōicatis q̄ ſꝑ tpe diuinoꝝ
ſurrexerūt et exierūt eccleſiā vt patꝫ
ibidē·c·xxiiij· Octauo eſt timenda·
qꝛ corpꝰ excōicati in terra iacens nō
p̄t in cinerē reſolui·qꝛ ſicut eſt liga
tus in aīa: ſic etiā eſt ligatus in cor
pore· Nono excōicatio eſt timēda qꝛ
beſtie ⁊ aues excōicationē fugiūt Cu
ius exēplū legit̄ ꝙ papa gregꝰ no
nus quēdā diuitē excōicauit·q̄ dū cō
tēpneret excōicationē pape tūc mira
culo dei ciconie q̄ nidificauerūt ſuper
domū eiꝰ receſſerūt ⁊ nidū trāſtulerūt
ad domū alteriꝰ· Qd̄ videns talis ↄtu
max·admonitꝰ eſt a cognatis eius
q̄ hͦ idem cōſiderauerūt· Poſtea hu=
miliauit cor. ſuū petēs abſolutionē·
Et ꝙ cito abſolutus fuit a ſentētia
excōicatōis tūc dicte ciconie redierūt
et nidū ſuū ſupra domū reportauerūt
Aliud exēplū legit̄ ꝙ in eccīa ſancti
vincētij martiris multi paſſeres ſole
bāt intrare eccleſiā·et ibidē ſedere ⁊
diuinū officiū impedirē. cū aūt nō poſ
ſent excludi·eps loci eos excōicauit·
mortē ↄminās eis ſi eccleſiā reintrā



rēt Recedentes aūt nūq̄ eccleſiā itra
uerūt: imo ſi q̄s caperet aliquē violē
ter et in eccleſiā poſuiſſet·ſtati mori
ebat̄· Timēda eſt ergo ſentētia p̄=
latorū· qꝛ dn̄s eis dixit· Qd̄cūqꝫ li
gaueris ſup terrā ⁊c̄· Secūdo dicen
dū eſt in q̄bꝰ caſibus ſentētia nō eſt
timēda· Rn̄r in ſeptē caſibꝰ· Primo
ſi fert̄ ſententia a nō ſuo iudice vtꝫ
·xi·q·iij·c·ſentētia· Secūdo ſi a ſuo
iudice ſꝫ excōicato· vt ptꝫ·xxiiij·q·i·
ca. audiuimus· Tercio ſi q̄s excōicat̄
a delegato ↄtra intētionē delegātis·
vt ptꝫ de p̄bēdis. c·finali· Quarto ſi
ſententiā ↄtinet intolerabilē errorē.
vt excōico te· qꝛ credis in deū· l qꝛ n̄
fornicaris ⁊c̄ Vel ſm̄ gaufredū· In=
tolerabil error dr̄ q̄ōlibꝫ pc̄m̄ mor
tale· Et tal error reddit ſētentiā nul=
lā· Quinto ſi lata ſit poſt legitimam
appellationē· Sexto ſi ferat̄ a ſuſpē
ſo a iuriſdictione· Septio qn̄ fert̄ i
pticipātes nulla p̄miſſa monitōne
vt ptꝫ·c·ſtatuimꝰ·li·vi·de ſen·excō.
Qui taliter iniuſte excōicat̄ nō debet
timē ſentētiā paſtoris· Sꝫ dicit̄ in
iuſta adhuc q̄druplicr̄ ⁊ tūc ad=
huc eſt timēda·ſm̄ illud·xi·q·iij·ca.
Sētentia paſtoris ſꝑ eſt timēda ſi
ue iuſta ſiue iīuſta fuit. Prīo dicit̄ ex
aīo iniuſto vt qn̄ cā rōnalis exp̄mit̄
nō tn̄ ex zelo iuſticie ſꝫ indignatōis.
et inuidie vel odij fomite ab excōica
tore ſētentia ꝓmulgat̄ vt ptꝫ·xi·q·
·iij·c·ira·et·c·cū medicinalis·li·vi.e·
ti· Iō tutū ↄſiliū eſt ꝙ ſi q̄s offendi
tur nō ꝑ ſe ſꝫ ꝑ aliū q̄ caritate mouea
tur·ſententiā ꝓmulget· Vel ſi ꝑ ſe hͦ
facere vult·ad minus nō faciet hͦ dū

mouetur ſed pmittat motum coleri
cum aliquantulū reſidere. Secundo
nō dicit̄ iniuſta ex cauſa. qꝛ forte nul
la p̄tenditur ī ſententia. vt in nouel
la innocētij. de ſenten. excō. c. cū medi
cinalis. Vel ſi p̄tenditur nō vera vel ſi
vera ſit. nō tn̄ eſt ſufficiēs et rōnabi
lis vt ptꝫ e. ti. c. ſacro Tercio dicitur
iniuſta ex ordine cū vera cauſa et rō=
nabilis p̄tenditur et ꝓferēs ex cari
tate mouetur. attn̄ nō p̄ceſſit admo
nitio cōpetens ſcꝫ trina monitio ſiue
vna ꝓ oībꝰ maxīe in notorio. Quar
to mō dr̄ iniuſtā qn̄ nō p̄fertur ī ſcri
ptis. et exemplar ſcripture tenetur
tradere excōicator excōicato infra mē
ſem. ſi fuerit requiſitus vt ptꝫ li. vi.
eo. ti. c. cū medicinalis. In illis caſi
bus q̄uis iniuſta ſit: tn̄ ſemꝑ eſt ti=
mēda. Tercio dicendū eſt quō ſentē
tia interdicti eſt ſeruāda. Circa qd̄
notandū q̄uis cōmunitas nō p̄t ex
cōicari. tn̄ poteſt interdici: et hoc du
plici rōne. Primo ꝓpter ſtatutū ec=
cleſiaſticū vt ptꝫ de ſenten. excō. li. vi
. c. romana eccleſia. in fine. vbi dici=
tur. In vniuerſitatem vero vel colle=
giū ꝓferri excōicationis ſententiā pe
nitus ꝓhibemus. volētes animarū
vitari piculū qd̄ inde ſequi poſſet cū
nonnūꝙ̄ cōtingeret innoxios huiuſ
modi ſentētia irretiri ſed in illos dū
taxat de collegio vel vniuerſitate q̄s
culpabiles eſſe ꝯſtiterit. Hec ibi. Se
cundo ꝓpter diuinū iudiciū imitādū
Geñ. xix. Dixit abrahā Dn̄e perdes
iuſtū cum impio. ſi fuerint ibi quinq̄
ginta iuſti nō delebis ciuitatē. Rn̄t.
Nō delebo ꝓpter quinq̄ginta ⁊c̄. Po
teſt tn̄ interdici. Et interdictum ſc̄dm
raymundū eccleſiaſtica cenſura in pe
nā cōtumacie vel offenſe lata arcens
p̄ſpue populū ne cōmunicet ſacramē
tis hoc eſt obſeruandū tp̄e generaľ
interdicti ꝙ homines poſſūt admit
ti ad penitentiā tā infirmi ꝗ̄ ſani dū
mō excōicati nō fuerint. q̄ nō admit
tūtur niſi in mortis articulo. vt ptꝫ
de ſentē. excō. li. vi. c. alma mater. Et
. xvij. q. iiij. c. ſi q̄s ſuadente. Idem
ptꝫ de pe. et re. c. qd̄ in te. vbi dicitur
ꝙ ad ſacramentuꝫ penitentie admit
tuntur tam infirmi q̄ꝫ ſani ſed ad cō
munionem infirmi nō ſani. Secun
do ad ſacramentum baptiſmi et con
firmationis. tam paruuli q̄ꝫ adulti
admittuntur vt patet de ſenten. ex
cōmuni. c. reſponſo. et criſma ꝑ epi
ſcopum cōficitur eo. ti. li. ſexto. capi
tulo. qm̄. Tercio non admittuntur
infirmi ad extremā vnctionē nec ec
cleſiaſticam ſepulturā niſi ſint cleri
ci vel exempti vt patet de penitentia
et remiſſione. c. ꝙ in te. Quarto miſ
ſa et alia diuina officia ī eccleſia poſ
ſunt celebrari ianuis clauſis campa
nis non pulſatis. ſub miſſa voce. ex
cōmunicatis et interdictis excluſis.
vt patet de ſenten. excō. li. vi. ca. al=
ma mater. Exceptis quatuor feſtiui
tatibus. quia tunc poſſunt dia diui=
na officia ianuis apertis. campanis
pulſatis vt patet ibidem vſ qꝫ ad ve
ſperam incluſiue ſc̄dm Iohannem an
dree et ſc̄dm guidonem includitur cō
pletoriuꝫ diei. Quinto non poſſunt
eſſe interdicti omnes in diuinis of=
ficijs. ſcilicet in aliquo loco. vbi ce=

celebrãt̄ diuina vt ptz·e·ti·li·vi.c̄.
ſi ſentẽtia. Vbi dicit̄·Cū vero popu=
lus alicui⁹ terre interdicto innodat̄
ſingulares ex eo pſone quas inter=
dictas eſſe cõſtat ne ſentẽtia careat
effectu·cū diuinorū auditio et ſacra
mẽtorum pceptio ipſo in vniuerſo
nõ cõpetat·nõ debẽt alicubi caſibꝫ ex
p̄ſſis a iure dūtaxat exceptis audire
diuina: vel eccleſiaſtica ſuſcipe ſacra
mẽta·Sexto nõ debent admitti ad
diuina familiares religioſorū ꝛ mõ
naſteriorū·vt ptz li.vi·de p̄uilegijs
·c·licet·in fine·niſi ſup hoc fuerint p̄
uilegiati·Septimo nõ debẽt admit
ti ad diuina fratres ꝛ ſorores de ter
cia regula ſancti frãciſci vt patet in
cle·eo·ti·c·cū ex eo·niſi ſint p̄uilegi
ati·et h̄ ſub pena late ſentẽtie·Octa
uo.omnes eccleſie toti⁹ ciuitatis de=
bẽt ſe ↄformare matrici eccleſie ſub
pena excõicatõnis late ſententie: a q̄
nõ niſi p ſummū põtificẽ poſſunt ab
ſolui vt patet in cle·de ſentẽ·excõ·c·
ex frequẽtibꝫ. Et h̄ eſt verū niſi ſint p̄
uilegiati ſic nos. Nã poſſum⁹ admit
tere ad diuina noſtros iuratos frẽs
tpe interdicti qd̄ patet in quodã p̄
uilegio noſtro a ſede apoſtolica nob̄
collato

Vndecio peccãt cõtra illud
pceptū q̄ nolūt ſemel ad
minus in ãno cõfiteri ſuo
pprio ſacerdoti eorū pec=
cata·de quo ait p̄s·Sicut miſeret̄
pater filioꝝ: miſertus eſt dn̄s timẽ
tibus ſe·Sed diceres·Vn̄ venit ꝙ
peccata noſtra debemus ↄfiteri. Rn̄r
ꝙ venit ab adã. Vn̄ greg⁹.iiij·mora



lium·Primi parentes ad hoc reqſiti
fuerūt vt peccatū qd̄ trãſgrediẽdo cõ
miſerãt ↄfitendo delerent·Vn̄ et ſer
pens ille pſuaſor malorū q̄ non erat
reuocãdus ad veniã·de culpa nõ eſt
reqſitus·Interrogatus itaqꝫ homo
vbi eſſet vt ppetratã culpã aſpiceret
ꝛ cognoſceret ꝙ lõge a ↄditoris ſui
via abiſſet. Sed adhibere ſibimet
vtiqꝫ defenſionis ſolacia ꝙ ↄfeſſio
nis elegerūt·Cūqꝫ excuſare peccatū
voluit: vir p mulierẽ·mulier p ſerpẽ
tem auxerūt culpã: quã tueri conati
ſunt·Hec greg⁹·Alij dicūt ꝙ venit
a cayn·Gen̄·iiij·Cū dn̄s dixit ad
cayn Vbi eſt abel frater tuus·Debu
iſſet cõfiteri peccatū ſuū·ſꝫ dixit. Ne
ſcio. Nūqd cuſtos fratris mei ſum e
go·De·pe·di·i·c·ſerpens·vbi dicit̄
Demqꝫ cayn q̄ voluit crimen nega=
re indign⁹ iudicatus eſt q̄ puniret̄
in peccato. Et ſm magiſtrū in hiſto
rijs cõmiſit ſeptẽ peccata·Nõ ibidẽ
Alij dicūt ꝙ icepit tpe ioſue qn̄ pce
pit achor vt cõfiteret̄ qd̄ accepat de
anathemate vt ptz Ioſue·vij·Alij
dicūt ꝙ incepit in veteri teſtamẽto·
Yſaie·xliij. Dic tu iniquitates tuas
vt iuſtificeris.p̄s·Dixi cõfitebor adū
ſum me iniqtates meas ꝛ tu remi=
ſiſti iniqtatẽ peccati mei·Sed in ve
teri teſtamẽto ſuit ſolū deo ꝛ nõ ho
mini ↄfitendū·quẽ modū iudei ad=
huc ſuãt·Sed in nouo teſtamẽto
ↄfiteri tenemur deo ꝛ homini qd̄ venit
ex triplici ſtatuto ſcilicet
Ex ſtatuto dn̄ico
Ex ſtatuto apoſtolico
Ex ſtatuto eccleſiaſtico

quare tenem̄
ↄfiteri p̄sb̄ri

Primō vēit ex ſtatuto dn̄icō. q2 xp̄c
poſtq̄3 mūdauit leproſū: dixit ei Va
de oſtēde te ſacerdotib9. et offer mu=
nus ⁊c̄ vt p3 math. viij. Dubitat̄ v
trū ↄfitēs debet aliq̄d offerre ſacerdo
ti vel ſi etiā tenet̄. Rn̄r q̄ nō. q2 dicit̄
ex̄ de ſimonia. Sacramēta ſūt libere
recipiēda: et libere ſūt p ministros
cōferēda. Offerre igit̄ ſacerdoti ali=
q̄d cui cōfitet̄ homo. p̄t intelligi du=
pliciter. Primo ꝓpter ſacramēti em=
ptionē vel pactionē. et ſic illicitū eſt
et dāpnoſū. et ſue dampnatōis ſen
tentiā recipit cū ſimone mago a bea
to petro ap̄lo. a q̄ audiuit. Pecunia
tua tecū ſit in ꝑditionē. donū dei poſſi
dere ⁊c̄. Secūdo ꝓpter ip̄i9 miſtri ſu
ſtētationē. Nā miniſtri ſacramētoꝝ
p eorū adminiſtrationē viuē debēt.
Quia ꝓprijs ſtipendijs null9 mi li=
tare tenet̄. Vn̄ nūi. xviij. ꝓ ſuſtētatō
ne ſacramētorū decime fuerūt ordia
te vt dixit dn̄s filijs leui. Dedi om̄s
decimas ⁊ poſſeſſionē miniſterio q̄
ſeruiūt mihi in tabernaculis: et ipſi
portabūt pcc̄ā populi mei. Vn̄ illi mi
niſtri q̄ nec decimas nec aliq̄s reddi
tus a ꝓp̄lo recipiūt. licite ꝓ admini
ſtratione ſacramētoꝝ pn̄t aliq̄d ac
cipe in ſuſtētationē vite ipoꝝ. vt ſūt
religioſi paupes et p̄ſbiteri cōducti
in eccleſijs q̄b9 nō dat̄ niſi q̄ a ꝓp̄lo
gratis offerūt̄. Talib9 enī curiale eſt
q̄damō et debitū aliq̄d eis offerre:
cū ab eis aliq̄d ſacramētū accipitur
ad ſuſtētandā vitā ipoꝝ. Scd̄o p3
hoc idē p h̄ q̄d dicit̄ Joh̄is. xx. Vbi
dixit dn̄s ap̄lis. Accipite ſp̄m ſcm̄
quoꝝ remiſeritis pcc̄ā ⁊c̄. Itē math.
xviij. Tibi dabo claues regni ce. ⁊c̄.
Vtile eſt ↄfiteri ꝓpter multa. Primo
rōe ↄgruitatis. q2 in veteri teſtamēto
deus nō fuit homo. ergo ſufficiebat
cōfiteri deo ſolū. Sz nūc de9 factus ē
homo. ergo oportz nos ↄfiteri deo ⁊
hoi. Secūdo rōne vtilitatis: q2 vtile
eſt rōne peccati cognitōis. Quia pec
cator aliq̄n credit aliq̄d pcc̄m eſſe ve
niale: q̄d eſt mortale. Jō eſt vtile vt
ſup his inſtruat̄ a legiſperito q̄lis de
bet eē ſacerdos Deut. xxij. Aſcēde ad
locū quē elegerit dn̄s de9 tuus. veni=
enſq3 ad ſacerdotē leuitici generis ⁊
q̄rens ab eis ⁊ illi indicabūt tibi ve
ritatē. Tercio ē vtile ꝓpter celerē pec
cati remiſſionē: et eius maioris ſatiſ
factionē q̄ fit in verecūdiā ⁊ cōfeſſio
nē q̄n ↄfitens hoi cōfitet̄. Eccle. iiij.
Quarto eſt vtile ꝓpter peccati dimi
nutionē q̄ fit ex vi clauiū. Poteſt enī
ſacerdos aliq̄d relaxare q̄d fit ex vi
clauiū. Quinto ꝓpt̄ grē augmētatō
nē ⁊ ſacerdotis interceſſionē: q2 grā
infuſa in ↄtritōe frequēt̄ augmētat̄
in ↄfeſſione ⁊ ↄfeſſor tenet̄ orarē p cō
fitēte. Secūdo vēit ex p̄cepto ap̄lico
Jaco. v. Cōfitemini alterutꝝ pcc̄ā vrā
Vn̄ hugo de ſācto victore. Plus enī
facit q̄ ſuo humiliat̄ ꝓpt̄ deū: q̄3 ipſi
deo ſoli. Jō cōgruebat tpe grē q̄ pec
cator cōfiteret̄ nō ſolū deo ſ3 etiā hoi
Hec ille. Tercio vēit ex p̄cepto eccle
ſiaſtico. vt patet ex̄ de pe. et re. c. Oīs
vtriuſq3 ſexus fidelis ⁊c̄. Rō huius
ſtatuti ē triplex. Pria eſt generalis
ſc3 indigētia: q2 om̄s peccauerūt et
egēt grā dei. Jō q̄libet debet glorifi=
care deum cōfitēdo et dicendo ſe eſſe

peccatorē̄m. Secūda ratio eſt ſpe=
cialis ſcʒ reuerētia ſacre ꝯmunionis
q2 omnes tenētur ſub p̄cepto ꝯmu
nicare ſcʒ paſche vt ptʒ in eadem cō
ſtitutione Ideo p̄mo debent ſe pur=
gare a peccatis p ꝯfeſſionem ne indi
gne accedāt ⁊ iudiciū ſibi mādu=
cēt et bibāt .i. ad corinth. xi. Tercio
eſt ſingularis ſcʒ vt habeat diſcre=
tio gregis dn̄ice. Ne lupi .i. infideles
⁊ heretici inter agnos .i. fideles lati=
tent Igit̄ q̄ nō cōfitent̄ quaſi hereti
ci ⁊ infideles habeātur Ergo dicit p̄
mo Omnis vtriuſqʒ ſexus. q2 tales
ligantur ſacramētis eccleſie. fidelis.
q2 nō baptiſati nō ligātur huic ꝯſti
tutioni vt ptʒ de diuortijs. c. gaude
m9. Nec etiā cathecumi Sicut enī
ad fidē nō ſunt cōpellēdi: ita nec ad
alia ſacramēta. cū baptiſmus ſit ia=
nua oīm ſacramētorū. vt ptʒ de bap.
et eius effec. c. maiores Dic q̄ nō ha
bet baptiſmū nō eſt ſuſceptiu9 ali=
cuius ſacramēti. Secūdo q2 añ an=
nos diſcretiōnis nō tenent̄. q2 dicit
poſtq̄ȝ ad ānos diſcretōnis p̄uenit
q2 alias actualia peccata nō habēt
niſi ſint doli capaces. ergo nec añ cō
fiteri tenētur vt ptʒ de cō. di. iiij. c. a
puulo Idem de furioſis ⁊ amētibus
Tercio cōfeſſio nō eſt diuidenda q2
dicit omnia. Nā nō debet dicere vnā
ptē vni ſacerdoti: et aliā alteri Vel
aliqua tacendo cōfiteri: q2 ypocriſis
eſſet. tum etiam q2 mēdax videretur
Dʒ ergo p̄mo cogitare añq̄ȝ vadat
ad ſacerdotē q̄d in iuuētute fecit. In
adoleſcētia: in tali loco: in tali tēpore
cum tali pſona: et tūc oīa ſimul cuo



merē Quarto debʒ eſſe ſecreta. q2 di
cit ſolus. ⁊ nō alius id eſt nō cū alio.
nō p nunciū: nō p ſcripturā Dubitat̄
vtrū liceat alicui cōfiteri ſcripto Re
ſpōdet ceſarius q̄ nō niſi in neceſſita
te. vt ſi homo loq̄ nō poſſet. q2 ore cō
feſſio fit ad ſalutē: q2 qui ſemel pec=
cata ſua ore fuerit cōfeſſus poſt ſcri=
pto ſe amplius confundere poterit ſi
cut penitens. ſicut ſanctus aug9. fe=
ciſſe legit̄ i li. cōfeſ. Tūc obicit diſci
pulus q̄d eſt q̄d de karolo imperatorē
legim9 in vita ſancti egidij: Idē di
citur i ſpeculo hiſtoriali li. xxiiij. Cū
ſanct9 egidius veniſſet ad p̄ntiam re
gis karoli: eū reuerēt̄ ſuſcepit Quē
int̄ cetera ſalutis colloq̄a rogauit rex
vt p ipo dignaretur orarē. q2 q̄ddā
enorme facin9 ꝯmiſerat q̄d nulli vn
q̄ȝ aut ipi auderet ꝯfiteri. Sequenti
aūt dn̄ica cū egidi9 celebraret p re
ge orauit. Cui āgelus apparēs cedu
lā ſup altare poſuit in q̄ ſcriptū erat
regis peccatū p ordinē et egidij p̄ci
bus ei eē dimiſſum ſi tū penitēs ⁊ cō
fitēs ab illo deinde abſtierʒ. Adiū=
ctūqʒ erat i fine q̄ quicūqʒ ſcm egidiū
inuocaret p quocūqʒ cōmiſſo. ſi tū
ab illo deſiſtēt ei9 meritis ſibi remiſ
ſum nō dubitaret. Oblata igit̄ regi
cedula ⁊ peccato ſuo ꝯgnito veniaʒ
poſtulauit. Dicit ceſari9 vbi ſup̄ q̄
diuina miracula nō ſūt imitāda ſʒ poti
us admirāda vt ſi q̄s vellet ſua pecca
ta ſcribere in cartulā et eā tradere ſa
cerdoti: nō valeret. Legim9 tū hoc fa
ctū fuiſſe ꝓpter cauſā rōnabilē ⁊ iuſ
ſu ſacerdotis. Dicit idē ceſari9 dicit
di. ij. c. x. q̄ anno dn̄i. cxcix. erat p̄ſi9

quīdā iuuenis in ſtudio· q̄ui ſugge
rēte humano generi inimico q̄dam
pctā ɔmiſerat· Que obſtante erube
ſcētia nulli hoī ɔfiteri potuit Cogitāſ
tn̄ q̄ malis ꝑparata ſūt tormēta gehē
ne· ⁊ q̄ bonis abſcōdita ſunt gaudia
plēnis vite· timēs etiā cotidie iudiciū
um dei ſup ſe· intus torq̄baſ morſu
ɔſcie: et foris tabeſcebat in corpore·
Quid plura? miſerāte deo ī adoleſcē
te timor ille ſeruil̄ vereciidiā viciſt· ve
niēs ad ſanctū victorē p̄orē vocauit
Qui ſtatiueit ad locū ꝑ cōfeſſione de
putatū· Mira res· tātā ɔtritionē mi
ſericors de⁹ cordi ei⁹ ɔtulit vt q̄tieſ
incipet ɔfiteri: toties ſingultib⁹ in-
tercepta vox deficiat· In oculis lacri-
me· ſuſpiria in pectore. ſingultus in
gutture: Hec vt vidit p̄or dicit ſco
lari· Vade et ſcribe pctā tua ī cedula
et defer ad me· Placuit ɔſiliū· Iuue
nis abijt ⁊ ſcripſit: altera die redijt
Et ſi ɔfiteri poſſet iterū tēptās· ſʒ vt
p̄us deficiat· Et cū nihil ꝑficēt: cedu
lā priori porrexit. Legit p̄or. et obſtu
puit· dixitqʒ iuueni· Nō ſufficio tibi
ſol⁹ dare cōſiliū· vis vt oſtēdā abba
ti. et licētiauit eū Veit p̄or ad abba
tē ⁊ ei porrexit cedulā legēdā· rē ei p
ordinē exponēs· Quid deinde geſtuʒ
ſit audiāt pctōres ⁊ ɔſolēt deſpera
ti. Mox vt abbas cartulā legendā
apuit totā ei⁹ cōtinētiā deletā inueīt
Et dixit abbas p̄ori· Quid legā ī ce
dula iſta· nihil in ea ſcriptū ē· Hec
vt p̄or audiuit cedulā ſimul cum ab
bate reſpexit· dixitqʒ ad illū· Sciat
ꝑ certo p̄rnitas veſtra dictū iuuenē
in hac cedula ſcripſiſſe pctā ſua ⁊ cū

ā me fuiſſet lecta vobis donaui illā le
gendā. ſʒ vt video miſericors deus q̄
maximā iuueīs ɔtritionē attēdit cul
pā iā ſufficiēter deleuit. ⁊ vocātes ſco
larē oſtēderūt ei cedulā dicētes eius
pctā diuinit⁹ deleta: quā cū ꝑſpexiſ
ſet et ex ſignis cartā cognouiſſet in
tātū cor ei⁹ ex magnitudie gaudij ē
dilatatū inq̄ntū p̄us ex magnitudie
triſticie fuerit āguſtiatū· nullā ei in-
iūgēs ſatiſfactionē· monuerūt q̄ten⁹
de p̄ceptis bn̄ficijs grās deo ageret
et de cetero viueret, cautius· Quin-
to debʒ ɔfiteri ſua pctā ⁊ nō aliena ſi
cut multi faciūt dicētes Dn̄e nō ſum
vſurarius ſicut vicinus meus· nō em̄
debet q̄s aliū in cōfeſſione reuelare vt
ptʒ de pe· di· i· c· q̄uis: niſi in hereſi·
Et non debet perſonam noīare cum
qua peccauit· Item ſacerdos non de
bet interrogare· Et in tali caſu po-
teſt ꝓpriū ſacerdotem dimittere ⁊ cō
fiteri alieno· ſi peccauit cū ſoro re· q̄ꝛ
forte nō noſcit aliā pſonam Sexto
debent cōfiteri ſolū ſua pctā nō aliā
q̄ꝛ dicit· pctā· q̄ꝛ nō bona facta ſicut
bagutte q̄ occupāt ſacerdotē· q̄ꝛ eſt
ſpecies iactātie vt patet· vi· q. i· indi
care· nec debet ex humilitate aliqua
pctā dicere q̄ ſcit ſe nō feciſſe· q̄ꝛ mē
dacium eſt Septimo hoc debet fieri
ad minus ſemel in anno Quia dicit
ſemel in anno· et ſic q̄libet quantūcū
qʒ ſanct⁹ ſi etiā nō faciat pctm̄ dʒ cō
fiteri in ſignū obediētie eccl̄ie· qd̄ eſt
ɔ mltos. q̄ ī trib⁹ vel ī q̄tuor ānis nū
q̄ ſūt cōfeſſi· g° tales ſūt eccl̄ie rōne ī
obediētes· q̄ p̄cepit· q̄ ad minus ſel
ī āno q̄libet debet ɔfiteri niſi ī q̄tuor

caſibus. Primo. ſi quis vellet cõmu-
nicare: tunc ſtatim anq̃ cõmunicet
debet cõfiteri. Secũdo. ſi quis eſſet ĩ
extremis: tũc iterum debet cito cõfi-
teri. Tercio. ſi q̃s vellet peregrinari.
Quarto. rõne dubij: q2 dubitat an
alibi poſſet habere cõfeſſorẽ q̃ habz
auctoritatem. Quinto eſt rõne cõſciẽ
tie. q2 cõſciẽtia dictat ſibi ꝙ tũc cõfi
teatur. Octauo cõfeſſio debet fieri ꝓ
prio ſacerdoti. Eſt aũt triplex ꝓprius
ſacerdos. ſcz papa. ep̃s. et prochia-
nus. ⁊ q̃bus illi tres ſuas vices cõ-
mittũt vel auctoritatẽ tribuũt vt ſũt
religioſi ꝑuilegiati. Illi ſũt ꝓprij ſa
cerdotes ſicut ⁊ prochiani. ⁊ hoc au
ctoritate ap̄lica. vt patz in cle. de ſe-
pulturis. c. dudũ. vbi dicit̃. Statui
mus ꝙ magiſtri ꝑores. ꝓuinciales
predicatorũ. miniſtri aut cuſtodes
minorũ. ad preſentiã prelatoꝝ ſe cõ
ferãt ꝑ ſe vel ꝑ fratres. quos ad hoc
ydoneos fore putauerint humiliter
petituri vt fratres q̃ ad hoc electi fue
rint in eorum ciuitatib9 et dyoceſib9
cõfeſſiones ſubditorũ cõfiteri eis vo
lẽtiuz audire libere valeãt. Hec ibi
Vbi nõ Jo. an. ſup illo verbo. libẽ.
dicit ꝙ non eſt neceſſe licẽciaz ſacer
dotis habẽ. Et eſt ſimile de preben.
c. licet ep̃s. vbi ꝭm Jo. de lignano
ſup eodem verbo. libere. notat ꝙ hec
ſtibus interfici quorū innumera mul
titudo p̄cipue i egipto martirij pal=
mam cōſecuta eſt. Sed iam nō eſt
neceſſe eos cogere ad militandū. qꝛ
ꝓpria et ꝑuerſa voluntate nūc mili
tant mundo et diabolo. Secundo du
bitatur vtrū ſacerdoti vel alij homini
licitum ſit occidere hominē ſe defen=
dendo ſcꝫ ne ab alio occidat̄. Et vide
tur ꝙ ſic. qꝛ dicit̄ extra de homici. in
cle. c. vnico. Si furioſus aut infans
ſeu dormiens hominē mutilat vel oc
cidit: nullā ex hoc irregularitatē incur
rit. Jdem de illo cenſemus q̄ mortē
aliter vitare nō valens ſuū occidit
vel mutilat inuaſorem. Hec ibi. Di
ſtinguūt aūt doctores dicentes ꝙ il
la neceſſitas aut fuit euitabilis et po
terat euadere. et eſt tunc reus homi
cidij. et tanq̄ ꝓ mortali debet agere
penitētiā. aut fuit neceſſitas ineuita
bilis et ꝓ occidit hoiem odij meditatō
ne ymo cum dolore animi ſe et ſua li
berādo cū alias nō poterat euadere.
Hic dicit̄ nō peccare nec aſtringit̄
ad penitētiam niſi ad cautelam ꝓpt̄
ābiguitē duplicitatis. vt ptꝫ. xxiij. q
v. c. excōicatorū. Dicit gloſa ibi. qꝛ
debet timere in aliquo ne exceſſerit l
ne ex indignatione vel iracūdia vel li
bidine vindicte motus fuerit. et nō
ex ſola ſe defendendi neceſſitate. inte
riorem tn̄ penitentiā ſemper debet
habere. et quaſi ſuis peccatis aſcribē
Bonarum quippe mentiū eſt ibi cul
pā agnoſcere. vbi culpa nō eſt. ex̄
de homi. c. interfeciſti. Concordāt in

h' raymundus·gaufredus·hoſtienſis
Et thomas i ſecunda ſecunde· q·lxiiij·
ar.vij. Dicit qn̄ homo intendit homi
nem occidere vt ſeipm̄ defendat hoc
eſt licitum niſi ei qui publicam au=
ctoritatē habet· qz dicit auguſtin⁹
ad publicolam et ponitur·xxiij·q·v
ca·De occidendis hominibus ne ab
eis quiſq̄ occidat̄ nō mihi placet cō
ſilium niſi forte ſit miles aut publi=
ca functione teneat̄ :pt tamē vimvi
repellere cum moderatōne inculpate
tutele· qz plus tenetur puidere vite
ſue q̄ vite alterius: et ita preter intē
tionem defendentis ſi ille occiditur:
nō peccat Item quilibet tenetur ſibi
quantum ſocio· Sed ſm̄ ambroſiū
lib̄ pmo de officijs et allegat̄·xxiij.q
·iij·ca·nō in inferenda· Qui non re
pellit a ſocio iniuriā qn̄ poteſt·in cul
pa eſt tam ille qui facit· q̄ ille q̄ nō
repellit Et cōmendat̄ de hoc moyſes
q egiptiū interfecit hebreū defendē
do· Item licet a beſtia ſe tueri ne pi
mat ipm̄ etiam cum morte beſtie:ſʒ
homo volens alium occidere eſt peior
beſtia.vt ptʒ·i·politicoꝝ· Si ergo
ſolum intenditvite tuitionez· nō pec
cat et nō intendit necez alterius·ſed
in defenſionem ſui et aliqd mali.tūc
occidit·hoc eſt pter intentionem ſuā
Pro reb͏ʒ aūt tpalibus cōſeruandis
nullo mō licet primū occidere·quia
vita primi pferenda eſt rebus for
tune·Eſt ergo diſtinguendū inten=
tio·Vel hoc ſit ex inſtictu nature·qz
quelibet res nititur ſe cōſeruare· et
ſic eſt licitum.qz omne qd̄ eſt de iu=
re naturali eſt licitū·Vel ſit ex inſti



ctu nature informate p gratiam in=
nuēs priuari vita pter informatio
nē luminis gratie ⁊ virtutū·et ſic po
tius vult euʒ occidere q̄ occidi·ne di
cat. In dimidio dierum ſuorum va
dam ad portas inferi·qui aſſidue o
rat et dicit· Ne reuoces me in dimi=
dio dierum meoꝝ· id eſt in pfectio
ne luminis gratie et virtutū· Et hoc
eſt magis licitum q̄ illud qd̄ pmiſ
ſum eſt Vel eſt ex ſupfluo amore hu
ius vite. vel ex odio quod cōcepit cō
tra eū.vel ex ſupbia eius q̄ dedignat̄
fugere inuaſorem· Vel ſponte ſe po
nunt in talem neceſſitatem ſicut faci
unt latrones et adulteri· Et tunc eſt
ſimpliciter illicitum Et ſic loquitur
auguſtinus in pallegato ca.vt·xxiij
·q·v·de occidendis· Secūdo debet eſ
ſe pſona virilis non muliebris· ſi=
cut probat magiſter egidius libro
·iij·de reginime principum cōtra ſo
cratem· qui dicebat mulieres eſſe in
ſtruendas ad opa bellica· et deberēt
bellare ſicut viri·aſſumens exemplū
in beſtijs in quibus tam mares q̄ fe
mine bellant· Sed q reges et prin
cipes non debent mulieres ordinare
ad bellica opera patet ex tribus. Pri
mo·quia bellatores debent eſſe men
te cauti Jō aliqn̄ pauci cauti ſupant
multos fortes· Sed mulieres defici
unt i induſtria·qz habent ꝯſiliuʒ in
ualidum· Secūdo debent eſſe impa
uide·reſpectu mortis· Item gedeon
ſolum elegit illos ad bella q̄ lingua
lāberunt aquas.ſicut dicit̄ iudicum
vij· Sed mulieres ſūt valde pauide
ꝓpter defectū caloris naturalis: qz

ſunt frigide cōplexionis. Tercio de-
bent eſſe corpe robuſti ad arma por
tanda. Sed mulieres ſunt debiles
Sed aliqñ accidit q̄ ſunt fortiores
viris ſicut patuit in amaſonibꝰ que
ſm̄ Iſidoꝛuz li. ix. ethimol. fuerunt
vxores ghotoꝝ. Maritis ſuis in bel
lo interfectis. virorum ſuorum ar-
ma arripiētes et hoſtes virili animo
aggreſſe. de maritorum ſuoꝝ nece de
bitam ſumpſerūt vltionē. Nā omnē
maſculū a ſene vſq3 ad puulū in ore
gladij pemerūt. feīas reſeruātes et
hoſtiū ſpolia diripiētes. et deinceps
piter ſine maſculoꝝ cōſortio viuere
cōſueuerunt et decreuerūt. Que du-
as reginas ſuper ſe ſolebāt habere
quarū vna pcedens cum exercitu cō
tra hoſtes dimicabat. altera interim
rempublicaz gubernabat. et effecte
ſunt tam feroces in breui bellantes.
q̄ magnā ptem aſie centū annis do
minio ſuo ſubiecerunt. Inter ipſas
vero nullū penitus maſculū viuere vel
morari rōne aliqua pmiſerūt. ex fi-
nitimis tñ gētibꝰ maritos. ſobolis gra
tia elegerunt. Ad quos ſtatutis tē
poribus accedentes: plem conceperunt
Sed tpe debito. filijs cōceptis ⁊ ge
neratis. ſi maſculus erat mactabant
vel patribus mittebant tpe ꝯgruo
et a ſe recedere coegerunt: filias vero
ſibi reſeruantes eas ad ſagittandū
informabant. Et ne in ſagittarū icti
bus et in clippei vſu mamillaꝝ groſ
ſicie impedirentur. eis in ſeptimo an
no vt dicit̄ ſiniſtrā mām̄am exure-
bant. Ideo dicunt̄ amaſones quaſi
ſine mām̄a. Et de illis legitur in hi-
ſtoria alexādri magni regina ama
ſonū alexandro poſtulāti tributū ab
eis p nūcios reſcripſiſſe. De tua pru
dentia eſt mirandū q̄ cum feminis
cōfligere voluiſti ⁊ ſtatuiſti. qꝛ ſi fa
uente nobis fortuna ſuccumbere te
cōtingit. merito es cōfuſus cū a mu
lieribus ſis deuictus. Qꝫ ſi iratis no
bis dijs nos deuiceris. paꝝ tibi cede
re poterit ad honorē. qꝛ de muliercu
lis triumphaſti. Sup cuius reſpō
ſione regine in admiratione ductus
rex glorioſus dixit. Decens fore. nō
p gladiū et furorē mulieres vincere
ſed potius p amorez. ꝓpter qd̄ liber
tatem eis cōceſſit et ipas nō violen
tia ſed potꝰ amicicia ſuo impio ſub
iugauit. Tercio caueat p̄nceps q̄ nō
habeat ſecum malos in bello qui nō
timeant deum et mandata dei nō ſer
uant ꝑut ait achioꝛ alloquens holo
fernem Judith. vi. Vbi cum recitaſ
ſet beneficia dei populo exhibita con
cludit Nunc ergo inquit perquire ſi
eſt iniquitas aliqua eorum in cōſpe
ctu dei. Aſcendamus ad illos quo-
niam tradet deus illos tibi Si autē
nō eſt offenſio populi huius coram
deo ſuo: non poterimus reſiſtere ei.
Numeri. xxiiij. Nolite timere: deꝰ no
biſcum eſt: Et leuitici. xxvi. Si in p̄
ceptis meis ambulaueritis pſequi-
mini inimicos veſtros: et corruēt co
ram vobis ecōtrario. Joſue. vij. dici
tur q̄ ꝓpter peccatū vnius ſcz achoꝛ
multi fuerunt occiſi de populo. Qui
vult ergo victoriam habere in bel-
lis: habeat deum ſecum. Exemplo a
brahe. moyſi. Joſue. et etiam dauid

Quarto excluduntur de bello ꝑſone timide et formidoloſe. de quibus deu tro. xx. Qui edificauit domū nouam et nō dedicauit eam ꝛc. Nota ibidez de illis quatuor Quinto ſtudeat ṗn ceps ꝙ habeat ſecū in bello ſenes et prudentes Ideo alexander macedo totam orbē terrarū aggreſſus eſt et innumeras hoſtium copias fudit. qꝛ habuit ſecum doctā miliciā ſcꝫ prudentes et expertos et veteranos. Ideo xerſes rex perſarū ſepe fuit victus li cet haberet tot duces exercitꝰ quot pre multitudie nūmerari nō poſſent diſciplinatos aūt nullos. Studeat etiam ꝙ ſit inter eos amor et cōcordia et fidelitas. Vñ ait Julius ceſar Qui nō laborat vt ſit militibus carꝰ militem neſcit amare. Ideo oportet eum multum dare militantibus ꝛc. Secundū eſt quod requirit̄ ad bellum ꝙ ſit licitū et iuſtum et iuſta de cauſa. Ideo dicit̄ viceſimatercia queſtione prima. capitulo. Militare nō eſt peccatū. ſed propter predam militare eſt peccatum Ibidem. Noli exiſtimare neminem placere deo poſſe qui armis bellicis miniſtrat. Ex hiſ enī erat ſanctus dauid cui dñs tam magnum ꝑhibuit teſtimoniū. Ex his ꝗplurimi illius tēpis iuſti. Ex his erat ſanctꝰ ille centurio qui dño dixit. Nō ſum dignus vt intres ſub tectum meum Et viceſimatertia queſtione ſecunda. capitulo. Juſtū bellum eſt quod ex edicto gerit̄ de rebꝰ repetendis: aut ꝓpulſandorꝫ hoſtiū cauſa. puta ſi ſit offenſus et querens iuſticiam nō inueniat. vñ augꝰ. i li.



. lxxxiij. q̄ſtionū. et ponit̄. xxiij. q. ij. ca. dñs noſter. Juſta bella diffiniri ſolēt que vlciſcuntur iniurias. Sic gens vel ciuitas petenda eſt q̄ vel vindicare neglexerit qḋ a ſuis improbe factum eſt. vel reddere qḋ ꝑ iniuriaꝫ ablatum eſt. Sed nunc milites parum curant vtrum cauſa ſit iuſta vel iniuſta De quibus petrus bleſenſis epiſtola. xlix. dicit. Ordo militū nūc eſt ordinare nō tenere. Nam cuiꝰ os maiori verborꝫ ſpurcicia polluitur q̄ deteſtabilius iurat. qui minus deum timet. qui miniſtros dei vilificat qui eccleſiaꝫ nō veretur: iſte hodie in cetu militum fortior et nominatior reputatur. Sequitur ibidem. Olim ſe iuramenti vinculo milites obligabāt ꝙ ſtare vellēt ꝓ reipublice ſtatu. ꝙ in acie non fugerent. ꝙ vita ꝓpria rē publicam defenſarent. Et olim tyrones enſes ſuos receperūt de altari vt ꝓfiterentur ſe filios eccleſie atqꝫ ad honorem ſacerdotij: ad tuitionem pauperum: ad vindictam malefactorum: patrieqꝫ liberationē gladium accepiſſe. Porro res in cōtrarium facta eſt. Nam ex quo hodie cingulo militari decorantur. ſtatim inſurgūt in criſtos domini. deſeuiunt in patrimonium chriſti. ſpoliant et depredantur ſubiectos crucifixi. et pauperes miſerabiliter atqꝫ immiſericorditer affligunt vt in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleāt voluptates. Hec ille. Dicit vegetius libro quarto de re militari Jurant quidaꝫ milites per deuꝫ et criſtum eius et ſpiritum ſanctum

et p maieſtatez principis qui ſm de
um preſidet. ſe ſtrenue facturos om=
nia que precepit princeps: et nunq̄
mortem recuſaturos ꝓ republica et
ꝓ eccleſia et cum hoc iuramentum fa
ciunt et dicantur cingulo militari Et
licet ſint aliqui milites dicentes ſe
nō teneri eccleſie et ſacramento ſolē
ni. quia iam ex cōſuetudine plerūqz
non preſtatur. nullus tñ eſt qui ſa
cramento tacito vel expreſſo eccleſie
nō teneat obnoxius. Forte ideo ceſ=
ſauit apud alios ſolemitas iuramen
ti. quia ad hoc hortatur eos neceſſi=
tas fidei et auctoritas officij. Tales
milites ꝓ republica et defenſione ec
cleſie debent hoſtem ferire. Nihil ni
ſi fugam timere. hyemē eſtum et la=
borem et inopiam equanimiter tole
rare: ſub diuo cubare: quieſcere: bal
nea neſcire: ferrum geſtare: delicias
abhorreſcere Sed cōtra milites mo
derni effeminati ſunt pigri. et delica
ti: ocijs vacantes: aleis et aucupijs
inſiſtentes. et in armis nitidioribꝰ
plus q̄ ſeruioribus gloriantes Nō
tamē dico q̄ vituperāda ſunt arma
ornata et fulgentia dum tñ nō fiant
cauſa vanitatis. et oſtentationis gra
tia. quia legimus machabeos ha=
buiſſe clippeos aureos. ſed hoc ha=
buerunt ad eorum magnificentiam
et exercitationem mutuā et aduer=
ſariorum diſſipationē. quia ex fulgo
re clippeorū fortitudo gentium diſſi
pata eſt Sed inaurare arma ex oſtē
tatione et vanitate et pompoſitate.
femineum eſt vt ait bernardus Por

tare in ſcuto et armis leonem depi=
ctum et tñ eſſe formi doloſum. ſignū
eſt falſiſſimū Operitis equos ſericis
depingitis haſtas. clippeos et telas.
frena et calcaria auro et argento or
natis. Militaria ſunt hec inſignia:
an potius muliebria ornamēta Alia
tñ ratione voluit Julius ceſar arma
ri cōmilitones ſuos armis precioſiſ
vt metu damni ſe defenderent et ne
ea perderent vt dicit in libro de vita
ceſarum Sed quid eſt de armis ab
eccleſia ꝓhibitis vt ſunt baliſte et
alia. Reſpondetur. extra de ſagitta=
rijs. capitulo vnico. illam artez ba=
liſtariorum mortiferam et odibilez
aduerſus chriſtianos et catholicos
exerceri. Et de cetero ſub anathema=
te ꝓhibemus. Gloſa. Secus eſt de
ſarracenis et in bello iuſto ꝓ defen=
ſione eccleſie De illis dicit franciſcus
petrarcha de remedijs vtriuſqz for=
tune. q̄ qui baliſtam prius inuenit
ille aut pauidus aut nocendi auidꝰ
et metuens fuit hoſtes. Fortis bella
tor cōgreſſum hoſtis exoptat: quem
ſagittarius vitat. Hec ille. Tercium
quod requiritur ad bellum iuſtum
eſt recta intentio ſcz vt bonum ꝓmo
ueatur et malum euitetur et mali cō
pēſcantur et corrigantur. viceſima=
tercia queſtione prima. capitulo.
Quid culpatur in bello an quia mo
riunt quandoqz morituri vt domi
nētur in pace victuri Hoc enim bo
minum timidoꝝ et non religioſoꝝ
implacatus atqz implacabilis ani
mus. feritas rebellandi. libido nē

Sequitur. nocendi cupiditas. vlci-
ſcendi crudelitas. libido dñandi ⁊c.
Hec ſunt que in bello culpant̄. Ibi-
dem ca. ſequenti. Militare nõ eſt peccatũ
ſed ꝓpter predam militare eſt pecca
tum. Sequit̄ ibidem. Propterea q̃
dam puidentia militibus ſtipendia
cõſtituta ſunt ne dum ſumptus que
ritur: p̃do graſſetur. Hec ibi. Sic cõ
muniter noſtri curiales bellãt ea in-
tentione vt poſſint rapere. cõtra canõ
nes. xiiij. q. v. ca. Penale eſt occulte
auferre: multo maioris pene eſt viſi
biliter rape. Ratio: q2 eſt magis cõ
tra voluntatem. Talis eſt peioꝛ vſu-
rario. q2 in vſura cõcurrit voluntas
dantis: in rapina autez non. Tercio
ſunt paupm homicide. Eccle. xxxiiij.
Qui aufert panem acquiſitum in ſu
dore: quaſi q̃ occidit ꝓximum ſuum
q2 auferunt ei bona tpalia in q̃bus
eorum vita cõſiſtit. Quarto ſunt pe
iores diabolo: quia diabolus punit
illum ſolum q̃ demeruit: ſed illi pu-
niunt nocentes et innocentes. Dia-
bolus punit in inferno: ſed iſti hic i
mundo. Audiui ab vno milite caſtrẽ
ſi eum tot rapinas feciſſe in iumen
tis et animalibus ꝙ ex eorum oſſibꝫ
caſtrum maius ſuo caſtro edificare
faciliter poſſet. Et intulit. Quomõ
mihi poſſibile eſt vt iſta reſtituam?
Alius dixit. Tot eq̃s rapui. ꝙ ſi cau
dis cõnexi eſſent. poſſent ad tria mi
liaria extendi. De quibus petrꝰ ble
ſenſis epiſtola. xiiij. Hodie noſtri
curiales ſunt in labore et in erũpna
in vigilijs multis. piculis maris. pi
culis fluminũ. piculis pontiũ. picul̄



montiũ: piculis in falſis fratribꝫ. in
mortibus frequenter. in fractione ⁊
laſſitudine corpis atq3 in alijs vite
diſcriminibꝫ in q̃bus gloriam mar
tirij mereret̄ ſi et hec ꝓ chriſti nomi
ne ſuſtinerent. Nũc aũt ſunt marti-
res ſeculi. mũdi ꝓfeſſores. diſcipu
li curie. milites diaboli. Per multas
ſiq̃dem tribulatõnes intrant iuſti in
regnum celorum: hij aũt p multas
tribulationes intrant in infernum.
Quinto ſunt maledicti ab eccleſia.
vt pꝫ extra de rapto. c. i. Etiam a ꝓ-
ximo. Eccleſiaſtici. xxxiiij. Vnus o-
rans: et alius maledicens: cuius vocẽ
audiet dñs. Diuinus eſt qui orat p
eis: multi ſunt q̃ maledicunt Erũt eti
am maledicti a deo Math. xxv. Ite
maledicti in ignem eternum Si enĩ
maledicet illis q̃ ꝓpria non tribuũt
quanto magis q̃ aliena rapiunt. Di
cit enim. Eſuriui et non dediſtis mã
ducare mihi Ori meo abſtraxiſtis et
dediſtis canibus et auibus. Naz au
ferunt de ore dei et ponunt in os dia
boli Sitiui et abſtuliſtis mihi qđ
debui bibere pmo quod plus eſt. ſã
guinẽ meum in pauperibꝫ bibiſtis
Item hoſpes eram: ⁊ non collegiſtis
me: pmo domum meam cõbuſſiſtis.
Item nudus fui: et nõ cooperuiſtis
me: pmo vos ſubtraxiſtis veſtes me
as: de quibus veſtris vxoribꝫ feciſtis
fieri veſtes candidatas. et quandoq3
trahunt in cauda ſua totam ſubſtã-
tiam vnius pauperis Item infirmꝰ
fui et non viſitaſtis me: ſed vos vul
neraſtis me. In carcere fui et nõ venĩ
iſtis me: ſz vos in carceribꝫ cruciaſtis

me p̄mo fregiſtis mihi crura· bra=
chia ⁊ omnia mēbra Ergo dicet Ite
maledicti in ignem eternum Dicit eu
ſebius in cronica ſua q̄ circa annū
dn̄i·Mcxxiij·in pago wormatienſi
videbat̄ p aliquot dies nō modica
armata multitudo equitū euntiū ⁊ re
troeuntiū nūc hic nunc illic turmas
facere· Circa nonā vero horam cuidā
monti a quo viſi ſunt exiſſe videban
tur ſe reddere· Tandem quidā in re
gione illius non ſine magno timore
hmōi tam pdigioſe cōtioni.crucis ſi
gnaculo munit⁹ appropiquat Mox
quidā ex illis occurrentē ſibi pſonā
p nomē oīpotētis dei noſtri ad mani
feſtandū cauſam populi qui ſic ap=
paret·adiurauit Cui ille inter cetera
Nō ſumus inq̄t vt putatis fantaſma
ta nec militū turma vt videtis· ſed
anime militum nō longe ante inter
fectorū·Arma vero et habitus atqꝫ
equi que nobis prius fuerūt inſtru
menta peccandi.nūc ſunt nobis ma
teria tormenti· Et vere totū ignitū
eſt quod in nobis cernitis q̄uis vos
id corpalibus oculis diſcernere nō
poſſitis·Hec euſebius. Tales etiaꝫ
gloriant̄ de eorum armis·ſignis et
inſignibus:et poſt morteꝫ illa ſuſpē
dunt in eccleſijs·cum quibus tamen
ſpoliauerunt eccleſias·que poti⁹ de
berent ſuſpendere ante culum diabo
li.Quartum quod requiritur ad bel
lum eſt auctoritas·Ideo dicit̄·xxiij
·q·i·c·quid culpatur·Vbi dicit au=
guſtinus·Ordo naturalis mortaliū
paci accōmodatus hoc poſcit vt ſu=
ſcipiendi belli auctoritas atqꝫ conſi
lium penes principes ſit·Nullus er=
go bellare poteſt·niſi auctoritate p̄n
cipis vt patet manifeſte in iure ciui
li Similiter princeps eccleſiastic⁹
poteſt indicere bellum·vt patet vice
ſimatercia queſtione octaua·capitu
lo·igitur·et·capitulo. Ideo·et ca·ſe=
quenti· Sed bella nunc magis ſunt
ex principe malorum id eſt demonū
q̄ hominum Ideo recitat auguſtin⁹
libro ſecundo de ciuitate dei· ca·xxv·
q̄ in planicie cāpanie demones quoſ
romani deos crediderunt viſi ſūt pu
gnare vt oſtenderēt bella ciuilia eis
placere·et audaciam darent pugnā
di· Et poſtea ibidem magnum bellū
fuit ſecutū.vt dicit martinus in cro
nica q̄ anno ab vrbe cōdita·cccccxli
hanibal cum romanis infeliciſſime
pugnauit apud cānoſam apulie vi
cum·In qua pugnā·xliiij·millia ro=
manorum interfecti ſunt· Hanibal
vero in teſtimonium tante victorie
tres modios anulorum aureoꝝ car
thaginem miſit·quos ex manibus
nobilium interfectorum extraxerat·
Et ſicut dicit oroſius intantū deſpe
rauerunt romani q̄ fugere ab vrbe
volebant niſi ſcipio eos coercuiſſet·
Legitur in ſpeculo hiſtoriali libro
viceſimoſexto capitulo decimonono
Cum heinricus terci⁹ celebraret pen
thecoſten apud maguntiam· paulo
ante miſſam cum ſedilia pararent̄
in eccleſia ortum eſt iurgium inter
cubicularios archiepiſcopi ⁊ abba
tis vuldenſis cenobij quorum dn̄s

dominūs iuxta impatorem ſederet.
Nam vuldenſe cenobium in ſaxonia
ſancti galli corpē inſignitum et pre
dijs eſt ditatū pmagnificis. Cuius
loci abbas ſexaginta millia arma=
torum prebet in hoſtes impatori. et
habet ex antiquo puilegio vt in ma
gnis feſtiuitatib² ad dextrā eius ſe=
deat. Itaqȝ ventū eſt ad pugnaȝ. fu
roreqȝ p eccleſiaȝ graſſante. pauimē
tum ſanguine inūdauit. Sed ſtati
epiſcopis cōuolantib⁹. pace inter re
liqs diſcedētes facta tēplū purgatū
eſt. et miſſa feſtiuis clamorib⁹ eſt a
cta. Sequētia aūt cantata et vltio
eius verſu dicto ſcȝ. hūc diem feciſti
glorioſū. vox ab aere lapſa eſt Hūc
diem ego feci bellicoſum. Rigētib²
omnib⁹ pre timore impatoꝛ diligē
ter intelligens leticiam diaboli reſū
pſit miſſam. Quinto debet fieri ꝑpt
pacem. xxiij. q. i. c. noli. Vbi dicit au
guſtinus. Nō eñ pax q̄ritur vt bel
lum exerceatur: ſed bellum gerītur
vt pax habeat. Sȝ quare in weſt=
phalia raro vel nunq̄ eſt pax. Reſpō
detur ꝑpter quatuoꝛ Primo ex mala
cōſtellatione. quia hic mars habet
ſuum dominiū magis q̄ȝ alibi. qui ē
deus belli. Secundo. qꝛ hic nō corri
guntur mali rāptores Vnde bernar
dus. Impunitas auſum parit: ⁊ au
ſum exceſſum. Tercio. quia nō ſolum
impuniti: ſed etiam honorati et re=
putati ſunt. Ideo dicit boetius libro
pmo. de cōſol. pſa. iiij. flagicioſum
quēqȝ ad audendū qui de facinus im
punitate: ad efficiēdū vero premijs
incitari. Quarto ex pluralitate ⁊ diū



ſitāte dominantiū nō ſubordinato
rum. Sicut in monarchia eſt pax.
ita in pluralitate diſcordia. Stanti
bus his quinqȝ cōditionib⁹ bellum
eſt iuſtuȝ: et bellans excuſatur de ho
micidio. Sextum quod magis in
bellante requiritur eſt deuota oratio
ad deum: et diuini auxilij inuocatio.
Cuius exemplum ptȝ in abrahā bel
lante ꝯ quinqȝ reges. vt gen. xiiij. di
cente ps. Non ſaluabitur rex p mul
tam virtutem: neqȝ gigas in multi
tudine virtutis ſue Secūdum exem
plū patet in moyſe. exodi. xvij. quā
do popul² iſrahel voluit pugnare cō=
tra amalech. tunc qn̄ moyſes eleua
uit manū ſuam vincebat iſrahel Ter
cium exemplū patet. i. Regū. vij. Cū
filij iſrahel voluerunt pugnare cōtra
philiſteos. dixerunt ad ſamuelem.
Ne ceſſes clamare ad dn̄m noſtruȝ
vt ſaluet nos de philiſtinorū manu
Tulit igitur ſamuel agnū lactentē
et obtulit illū in holocauſtū. et cla=
mauit ſamuel pro iſrahel. Et audiuit
eū domin² et introiuit dominus fra
gore magno in bello ſup philiſtijm
et exterruit eos. et ceſi ſunt multi a
filijs iſrahel. Idem patet de ſenache
rib. iiij. Re. xix. Vbi dixit ſenacherib
ad Ezechiam. Non te ſeducat de=
us tu² in quem habes fiduciam. ne
qȝ dicas. Non tradetur hieruſalem
in manu regis aſſiriorum. Sequit
Cum accepiſſet literas rex ezechias
aſcendit in domum domini et expan
dit eas coram domino et orauit dicēs
Domine de² iſrahel. qui ſedes ſuper
cherubin. tu es deus ſolus et regum

omnium terre. tu fecisti celum et ter-
ram. Inclina aurem tuam et audi.
Aperi oculos tuos et vide. et audi ver-
ba sennacherib qui misit. vt expro-
braret nobis deū viuentē. Sequit.
Saluos fac nos de manu eius dn̄e
deus noster. vt sciant oia regna: q2
tu es deus solus. Et percussit angelus
de exercitu sennacherib. clxxxv. mil-
lia hominū. Quinto ptz de Judith
ca. ix. Que ingressa est oratoriū suū
induens se cilicio et posuit cinerē sup
caput psternēs se et dicens. Nō est
in multitudine virtus tua neq3 in e-
quoꝝ viribus volūtas tua. Nec su-
perbi ab initio placuerūt tibi sed hu-
milium et mansuetoꝝ tibi placuit
semp deprecatio. Deus celoꝝ. crea-
tor aquarū et totius creature exaudi
me miserā deprecantem. et amputa-
uit caput holofernis Sexto patz de
Josaphat. ij. pal. xx. Nota histori-
am. Septimo ptz de Juda macha-
beo. qui et ipse orauit et obtinuit vi-
ctoriā Et qn̄ non orauit cōuersus est
in fugam. Simile ptz p augustinū
quinto de ciuitate dei. de theodosio cō-
tra eugenium.

Explicit preceptum quintum

Incipit preceptum sextum



Non mechaberis

Istud preceptum
cōgrue sexto loco
ponit. q2 sicut se-
xto die homo fuit
creatus: sic i sexto
p̄cepto phibet ei9
inordinata gen̄eratio Istud eni pre
ceptū immediate sequit illud. Non
occides. q2 maius peccatū est hoiem
offendere in psona cōiuncta qd fit p
mechiam q̄ȝ in bonis tpalib9 quod
fit p furtum. Et minus est pecca-
tum offendere hominē in psona sibi
cōiuncta q̄ȝ in psona ppria qd fit p
homicidiū Quod ptz tripliciter. Pri
mo. q2 pximus plus ledit et carita
ti pximi magis opponit. qd patet.
Nā p homicidiū offēdit homo i ppa
psona et tollit vita ppe psone. Per
mechiā vero offendit in psona ciūi-
cta q ē q̄si vna caro cū eo Cōstat aūt
q̄ȝ magis repugnat caritati pximi.
offendē eū in ppa psona et destruere
vitā ei9. q̄ȝ in psona sibi cōiūcta. Po
tissime etiā q2 mechari pcedit ex ar
dore carnalitatis. et multo plus repu
gnat caritati pxi liuoris crudelitas
q̄ȝ ardoris carnalitas. Grauius g° pec
catū est occidē q̄ȝ mechari. Secūdo
p ipm homicidiū maius bonū tollit
qd ptz. q2 p mechari tollit bonū p-
lis nascende vel producende. per occi
dere vero tollitur et destruitur iam
natus et pductus. Maius ergo bo-
num destruit per homicidium q̄ȝ per
adulteriū Tercio ppter euitationem

cāſis aliud peccatum licite cōmittitur
anteq̄ȝ illud ppetratur. Quod ſic oſ-
ſtenditur. Querit enim auguſtinus
libro pmo de ciuitate dei. c. xxiiij. Si
mulier aliter nō poteſt vitare corru
ptorem niſi interficiat ſeipam. debet
ne ſeipaȝ interficere anteq̄ȝ ſe pmit
tat violari vel corrumpi. Et reſpon-
det q̄ caſtitas mētis tolli nō poteſt
p violationem corpis: ymo magis
coronatur. Vnde dixit beata lucia pa-
ſcaſio. Si me inuitam feceris viola
ri: caſtitas mihi duplicabitur ad co
ronam. Sȝ dato q̄ dubitaret vel ti
meret q̄ in cōmixtione p violentiaȝ
accederet cōſenſus mētis. deberetne
ſic timēdo occidere corruptorem. Re-
ſpondet auguſtinus q̄ illud nō eſt
aliud dicere q̄ȝ peccemus nūc ne for
te poſtea peccemus. et nūc perpetre-
mus homicidiū ne forte deueniamus
in adulteriū quod eſt vt ait deteſta
bile et dampnabile facinus Et nunc
cōcludit auguſtinus q̄ ſatius id eſt
minus malum eſt de futuro adulteri
um q̄ȝ de preſēti homicidium. Et cau
ſam ſubdit. quia ſatius eſt flagiciuȝ
et facilius q̄d penitendo ſanatur q̄ȝ ta
le vbi locus ſalubris penitentie non
relinquitur. Iſtud etiam dicit glo-
ſa expreſſe ſuper illo verbo deutro. xx
Si accepit homo vxorem ꝛ nō inue
nerit gratiam in oculis eius: ſcribat
in manu eius libelluȝ repudij ꝛc. Vi
de inquit quantum maluȝ eſt homi
cidium. p quo multa adulteria tole
rantur vt vitetur. Ergo maius pecca
tum eſt homicidium q̄ȝ adulteriū. ac
p hoc homicidiuȝ precedit iſtud pre



ceptum Non mechaberis. Et ſm au
guſtinū phibet omnem illicitum cō
cubitum. et illorum mēbrorū omneȝ
illicitum vſum: ꝛ omnem immūdi-
ciam carnis: ꝛ illicitam cōcupiſcētiā
eius. Circa q̄d notandū q̄ octo mo-
dis peccatur cōtra iſtud preceptum.
Non mechaberis. ſine actu. ſcȝ cōſen
tiendo. loquēdo. oſculādo. amplexādo
videndo. corpus ornādo. munuſcula
dando. auxiliando. Primo cōmittitur
cōſentiēdo in actū. ſcȝ ſi facultas adeſ
ſet. Vnde ſicut in primo parēte pec
cante cōcurrebant tres pſone ſcȝ dia
bolus in ſpecie ſerpentis. qui ſuggeſ
ſit mulieri. et mulier dedit viro. ꝛ vir
comedit de pomo vetito ꝛ tunc pecca
tum cōſummatum fuit. Sic perfici
tur peccatum i nobis ſm auguſtinū
quia ſuggeſtio ſerpentis eſt primus
motus in nobis ex fomite pueniēs
ſcȝ cum homo habet turpem cogita
tionem ſine delectatione: et tūc nul
lum eſt peccatum. Vnde gregorius
ſuper ezechielem: Quantūcunqȝ im
mūda cogitatio ſit: mentem nō pol-
luit ſi ratio nō cōſenſit. Ergo non de
bemus multum turbari ſi tales tur
pes ymaginationes incideriⁿt dū
modo volūtas non conſentiat. Vnde
bernardus in libro meditationum.
Demoniū eſt temptationes immitte
re: noſtrum eſt illis nō cōſentire. Se
cundo cōcurrebat ibi cōmeſtio mulie
ris et hec eſt delectatio ſine cōſenſu
plene rōnis. et tunc eſt peccatum ve
niale. Tercio ibi cōcurrebat cōmeſtio
viri. et hec eſt delectatio et cōſenſus i
moroſam delectationeȝ. Dicit enim

cū quis delectatur cū plenā rōne
in malis cogitationibus et in eiſdez
ſe inuoluit· tūc talis moroſa delecta
tio eſt peccatum mortale· Et vocatur
moroſa delectatio nō ſm morā vel
diuturnitatē tpis ſʒ magis ex eo ꝙ
ratio deliberans circa eam immorat̄
ipam tenens· nec eam repellit ꝙ̄ ſta
tim vt animū attigerit· Repellere de
buerat ſicut faciunt multi religioſe v̄
gines Et quedam vidue infelices q̄
deo in caſtitate firmiter ſeruire ꝓmi
ſerunt adhuc in laſciuis cogitatio=
nibus et carnalibus ſpurcitijs dele
ctantur. In quo caſu mortale pecca=
tum incurrunt· Si enī aliquis mo=
roſe in carnali delectatione delectat̄
etiam ſi nūꝙ̄ adeſſet volūtas talem
turpitudinem ꝑficiēdi in opere· ad=
huc ſm auguſtinū peccatū mortale
incurrunt· Cuiꝰ rō eſt· qꝛ talis co
gitatiō moroſa includit i ſe deformi
tatem peccati mortalis· Ideo cum vo
luntas ꝑ cōſenſum ⁊ deliberationem
rōnis in talem interiorē delectationē
inclinat̄· ipam acceptādo et in ea de
lectando· cōſtat· ꝙ inclinat̄ in obie=
ctum deforme peccati mortalis. et ꝑ
cōſequēs talis inclinatio voluntatis
in delectationē interiorem turpis a=
ctus· eſt peccatū mortale· Hec dicit
henricus de vrimaria· i eodem prēce
pto· Maius peccatū eſt talis cōſen
ſus in actū turpem· ſi adeſt ꝑſona
locus ⁊ tempus· Secūdo cōmittitur
locutione vel riſu· cum quis loquitur
aut arridet alicui ꝑſone ea intētione
vt eam alliciat ad illicitum actū: ſic
peccat mortaliter Verbi gratiā· ſi q̄s
verbū loquitur ocioſum· ea intētio=
ne vt ꝑſonā illam ad actū illicitum
alliciat: tūc tale verbū ocioſum eſt ſi
bi mortale peccatū ꝓpter malā intē=
tionem· vt ptʒ in matheo· Ve vobis
q̄ nunc ridetis· Si q̄s aūt arrideret
aliquā ꝑſonam ꝓpter noticiā vel ex
quadam leuitate vel cōſuetudine vel
admiratione vel ioco: tunc peccaret
vix mortaliter· Sciendū ꝙ alique e
tiam mulieres q̄nqʒ ⁊ virgines ſepe
loquunt̄ verba ſcurrilia et luxurioſa
et eſt valde repꝛhenſibile et ꝑ hoc o=
ſtendūt ꝙ habent corda valde impu
dica· qꝛ dicit̄ mathei· xij· Ex habun
dantia cordis os loq̄tur. Sup quo
dicit Criſ· Quale cor hʒ vnuſq̄ſqʒ
talia verba loquitur et opatur· ⁊ ta
liter viuit In ſignum huius ſpūales
ꝑſone ⁊ homines deuoti ſepe noiant
deum et beatam virginē. et loquunt̄
tantum licita quia habent corda pu
dica: ſed oppoſitum faciunt impudi
ci ēt proferūt verba ſcurrilia et luxu
rioſa· Tercio cōmittitur oſculando ⁊
amplexando· ⁊ hoc vocatur ſm apo=
ſtolum turpitudo· Et ſm magiſtrū
in cōpendio theologice veritatis tāto
magis eſt peccatum quanto libido
magis ꝑ talia accenditur. et hoc cō
tra ſeptimū errorem begehardoruʒ
qui allegatur in clemētinis· extra de
hereticis· capitu· ad noſtrū· In quo
dicitur ꝙ mulieris oſculum cum ad
hoc non inclinat natura eſt mortale
peccatum· actus autem carnalis cū
ad hunc inclinat natura· peccatū nō
eſt· maxime cum temptatur exercēs
Vbi dicit Io· an· ſup verbo· oſculū·

Sciendum inquit ꝙ peccatuz mor
tale poteſt dici dupliciter. Vno modo
ſm̃ ſuã ſpeciem vt furtū. adulteriū.
et piurium. de iureiurando. ca. ſi xp̃c
Et hoc modo oſcula et amplexus et
tactus non ſunt mortalia. cū poſſint
abſq; libidine fieri. Vel ex cõſuetu=
dine regionis. vel ꝓpt̃ pacez vel aliã
neceſſariã vel rõnabilem cauſaz Alio
mõ dicitur mortale ꝓcedens ex inor
dinata et mala cauſa. Vnde peccat
mortaliter dãs elemoſinã paupi: vt
illum inducat in hereſim. Cum ergo
nõ ſolū deliberatus cõſenſus in actū
peccati mortalis ſed etiã in delectati
onem ei annexã ſm̃ aug⁹ et theolo=
gos ſit peccatū mortale: ſi oſcula li=
bidinoſa et amplexus et tactus ſūt
ꝓpter delectationẽ et libidinez. ſunt
peccata mortalia. Vt etiã tenet tho=
mas ſecūda ſecunde. q. cliiij. ar. iiij.
Nec mirum. cū id etiam dicat̃ de li
bidinoſo aſpectu. vt ptz. xxxiij. q. v.
nec ſolo. Et falſa eſt rõ eoruz Si enĩ
aliq̃d eſſet mortale: q2 natura ad hoc
nõ inclinat. Ergo ieiunare et pegri
nari eſſent mortalia: qd̊ eſt inſanuz.
ergo nõ ſemp natura inclinat ad il
la ordinate ſed inordinate. Ideo di
cit̃. xxvij. q. i. c. Nec aliqua. Vbi di
citur ꝙ ipẽ cõplexus. ipã cõfabulatio
et oſculatio. et cõiacentiū duorū tur
pis et feda dormitio quantū ſit dede
coris et criminis confitent̃. Quarto
ſit videndo. cum quis ea intentione i
ſpiciat ꝙ eam cõcupiſcere velit. mat.
.v. Qui vident mulierẽ ad cõcupiſcẽ
dam eam: vt ſcz ↄcupiſcẽtia tranſe=
at in affectū cordis et in cõſenſuz ra



tionis. et etiã ſi oportunitas aſſit. fa
cere diſponat: iam mechatus eſt eã
in corde ſuo. Verbi gratia. Si quis
vna die centuz domus intraret. et in
qualibet domo talem ſibi pviſum ac
quiſient. tot peccata mortalia cõmit
teret. Ergo neceſſaria eſt cuſtodia o
culorum. Primo. q2 veloces ſūt ad
nocendum aĩe. Ideo predonibus cõ
pantur Trenoꝝ. iiij. Oculus me⁹ de
predatus eſt animã meã. Item geñ
.iij. Vidit mulier lignum quod pul
chrū erat ad veſcendū. Vnde greg⁹
Non enĩ eua lignum cõtigiſſet niſi p̃
us incaute reſpexiſſet. Ideo ꝓpheta
dauid cecidit in adulteriū. q2 vidit
mulierem ſe lauantem vt patz. i. Re.
.xi. Ergo mulieres deberent crura et
mamillas abſcõdere ne ꝓuocarent
viros in malã cõcupiſcentiã. Et eti=
am viri nõ deberent incedere impudi
ce in pñtia mulierū. Sunt ergo ocu
li cuſtodiẽdi dicente Iob. xxxi. Pe=
pigi fedus cum oculis meis ne qui=
dem cogitarem de virgine Quia ocu
li ſunt quaſi due porte in caſtro cor=
poris noſtri. Qui enĩ habet portas a
licuius caſtri: habet ipſum caſtrum
Sic ſi diabol⁹ habet oculos noſtros
tunc habet caſtrum corporis noſtri
ac per hoc cõſequenter deus nihil ha
bet in homine. Secūdo ſunt cuſtodi
endi oculi et viſus ex parte mulierū
quia a planta pedis vſq; ad verticẽ
capitis non eſt locus in ea ordinat⁹
qñ ſit laqueus diaboli ad capiẽdas
animas Vñ dicit̃ eccleſiaſtici nono
Nõ reſpicies mulierẽ comptam: ne

forte incidas in laqueum eius· quia
diabolus vtitur mulierib⁹ pompoſe
ornatis tanq̄ retibus et gladijs ad
capiendas animas· Fuit quidā rex
q̄ habuit filium· et dicebant ei me=
dici peritiſſimi q̄ ſi puer ille infra de=
cem annos videret ſolem vel ignem
omnino lumine priuaret· Hoc enī
oculorū eius diſpoſitio ſignificabat
Rex aūt vt audiuit· incidi fecit ſpe
luncam in quadam petra in qua fili
um incluſit vt nullo mō infra decem
annos ſolem videret· Finitis autem
decem annis de antro puer educitur·
nullam mūdialiū rerum habens no
ticiā· Tunc rex iubet omnia ſibi ſm
genus ſuum exhiberi· et oſtēdi· Vi=
ros quidem in vno loco· in alio mu
lieres· Hic aurum et argentum: ibi
margaritas et lapides precioſos et
veſtes candidas· Interrogāte aūt
ipo quid vnumquodqz vocaret· ipi ei
omnia indicauerūt· Cum aūt mulie
ris nomen addiſcere anxie quereret
fertur ſpicarius regis ludendo dixiſ
ſe· eas demones eſſe: que ſeducūt ho
mines. Cor aūt pueri· illarum deſide
rio plus q̄ ceteris rebus anhelabat
Cumqz oſtenſis ſibi omnib⁹: ad re=
gem eum adduxiſſent· Interroga=
bat rex filium ſuum quid amplius
amaret ex omnibus que viderat· Re
ſpondit· q̄ demones q̄ ſeducunt ho
mines pre ceteris magis amaret· Er
go viſus eſt cuſtodiendus· Quinto
corpus ornando. Prouerbiorum· vij·
Ecce mulier occurrit illi ornatu me
retricio: p̄parata ad capiendas ani
mas: Jeronim⁹· Gladius igne⁹ eſt
ſpecies mulieris pompoſe ornate· Ec=
cleſiaſtici· ix. Nō reſpicias mulierē
comptam. ne forte incidas in laqueū
eius· Nam talis ornatus eſt ſignū
luxurie· Sic vbi eſt magnus fum⁹
ſignum eſt· q̄ ibi eſt magnus ignis
Sic vbi eſt talis ornatus ſuꝑfluus.
ſignū eſt q̄ ibi eſt magnū incendi
um luxurie· Vbi enī pendet anphora
ante ianuam· ſignū eſt q̄ ibi vendit̄
ceruiſia. Aut circulus q̄ ibi venditur
vinum· Et qn̄ aliquis equus eſt ve=
nalis ponitur ſurculus viridis ei in
capite· Sic iſte ſunt venales· Non
debent ergo iſti boni ſocij interroga
re an ſint venales ſed quantū vale=
ant. Iſte ornatus eſt rethe dyaboli
quo piſcat̄ infinitas animas· Sꝫ
dicunt quedam· Nos habemus in
ornatu bonam intentionem· Quib⁹
Reſpōdetur q̄ habet diabolus malā
quia eſt inſtrumentū ſuum· quia di
citur extra de iniur̄· et dāpno dato·
ca· ſi culpa· Qui occaſionem dāpni
dat: dampnum dediſſe videt̄· Sed
quid eſt faciendū cum videat pſonā
ſic ſuperflue ornatā? Reſpōdetur q̄
duo ſunt cogitāda· Primo q̄ nunq̄
tantā curam et diligētiam habuiſti
ad ornandā animam tuam eternali
ter victuram et ad cōplacendū deo ſi
cut illa pſona habet ad ornandum
corpus ſuū putridum et mortale· et
ad cōplacendū mūdo· Et ſic dolere de
bes de accidia et negligētia iſtius a
nime: quam pompoſe vides incedere
Sic legitur in vitaſpatrū de quodā
ſancto patre· Qui cum vidiſſet orna
tū cuiuſdā mulieris fleuit· Ignoſce

C

inquit mihi ōnipotēs deus ꝙ vni
us diei huius mulieris ornatus ſupe
rauit totius vite mee induſtriaȝ ad
ornandā animā meā. Et quidā ali⁹
videns mulierē fleuit. Et interrogā
tibus cauſam ſui fletus ait. Due res
me mouent. Vna de eius pditione.
Alia. qꝛ nō habeo tale ſtudiū placē
di deo: quale ſtudium habet iſta vt
hominibus placeāt Secundo eſt co
gitandū ꝙ̄ pulchre facies in celo ſūt
et quomodo ornabunt ſtola glorie
Si ille mortalis qui nunc eſt ⁊ cras
moritur tam pulcher eſt ad videndū
quid tūc eſt de immortalibꝫ poſt iu-
dicium eternaliter viuētibꝫ Sexto
habet fieri auxiliando vt ſunt vetule
ruffatrices que ſunt mediatores et
cōſiliatores. qđ eſt peccatū magnū
et ſunt ſimiles diabolo. qꝛ ſicut dia
bolus inſtigat: ſic et ipe inſtigāt ad
malū. Secūdo ſunt peiores diabolo
qꝛ quod diabolus pficere nō poteſt
p ſe: hoc ipe pficiunt. Tercio ſūt ſer
pentes diaboli. qꝛ ſicut diabolus p
ſerpentem decepit euam: ſic per ipſas
demon decipit ancillas. De quibꝫ ait
p̄s Acuerunt linguas ſuas ſicut ſer-
pentes: venenū aſpidū ſub labijs eo
rum. Legitur in libro de diſciplina
clericali ꝙ quidā nobilis habuit ca
ſtam vxorē et ſpecioſam. Contigit
aūt ipam ire orationis gratia. Qui-
dam aūt iuuenis mulierē ipius ada
mauit ardentius. Quā verbis ſollici
tari cepit. Iuuenis aūt ſe cōtemptū
videns p nimio dolore piter et amo
re decubuit Altera aūt die dū in pla
tea languidus et anxius expectaret

D

ecce an⁹ habitu religioſo induta iu
ueni obuia fuit. Et illa de tanta me-
ſticia interrogauit ipm. Reſpondit
Pre amore illius mulieris diutius e
grotauit: et ei cōſentire noluit. Rūt
anus. Ego cum adiutorio tibi auxi-
liabor: et abijt. Igit caniculā quam
apud ſe habebat duobus dieb⁹ ie-
iunare fecit. et tercia die panem cum
ſinapi cōfectum ieiunāti cani dedit.
Quē cū guſtaret. p nimia amaritu-
dine oculi ei⁹ lacrimari ceperūt Tūc
vetula domum illius pudice domine
adijt. et honorifice p magna religio
nis ſpecie ab ea ſuſcepta eſt. Hanc
aūt ſecuta eſt ſua canicula. Quam
cum vidiſſet mulier lacrimantē: cau
ſam requiſiuit Anus ait. Ne queras
hoc cariſſima. Hec quā vides cani-
culam. mea fuit filia caſta nimis et
decora Quā quidam iuuenis adama
uit ⁊ nihil ipſe apud ipſam amo-
ris obtinere potuit. Qui pro amore
grauiter ſauciatus in lecto decubuit
Pro q̄ culpa ordināte deo filia mea
canicula facta eſt. His dictis anus
ſingultiendo lacrimas fudit et dolo-
rem nimium ſimulauit. Ad hec pu-
dica dn̄a ſimilis peccati cōſcia Quid
inquit factura ſum: me etiam dilexit
iuuenis et ſibi eodem modo accidit
Cui anus dixit. Conſulo tibi vt il-
lum amorem foueas vt eum pericli
tari non ſinas. Ne tibi forſitan con-
tingat ſicut huic filie mee. Sic mu
lier pudica ex conſilio vetule iuuenē
admiſit: et diu ſeruatā caſtitatis fa-
mā pdidit: ſeqȝ fedauit. Mirandum

eſt certe q̄ hec lex ciuilis nō puniat ta les.cum tñ puniat furem p̄ re modi ca,Lex enī moyſi in leuitico precepit q̄ ſi quis hominem furatus fuerit ⁊ vendiderit·ſine vlla miſericordia mo riatur·Qua ergo pena plectēda eſt illa mediatrix q̄ ſic animam puelle tradidit diabolo et corp⁹ lenocinio·
Fuit quidam faber lignarius habēs mulierem pulchram et bonā·In hāc quidā diues oculos iniecerat Miſit q̄z ad eam vetulam nephandā que intrans domum eius et circūductis oculis fatigatam ſe plangit·Querit iuuēcula cur venerit Et vetula Si ipa ſis·neſcio·talis nominis·talis ma⸗ tris filia quaz habere me credo i iſta vicinia cōſobrinam·Cui iuuencula· Si ſum neſcio: talis mulieris filia ſum·Et vetula ruens in oſcula iuuē⸗ cule·Bene inquit aſſimilaris optie matri tue·Tu aūt qualem virū ha bes·Bonū inq̄t fabrū lignariū Tūc vetula cum gemitu·Heu inq̄t opti me matris tue filia·quomō ad iſtū miſerum deueniſti fabrū.qui tot ma gnos in piciula tua habuiſti·⁊ ſic re ceſſit.In quarto die reuerſa eſt·Ve re inquit multum ſollicitor vt poſt i fortuniū tuū ſaltez copioſius rebus valeas abundare·Inueni ergo viā qua hoc fieri poterit·ſi cōſentire velis Eſt in ciuitate iſta vir diues ⁊ potēs qui vt mihi heri dixit cum tuum in⸗ fortuniū deplorarem·ſup omnia di ligens concupiſcit·Cum iſto habebis quicq̄d corpi placere poterit·Veni ergo mecum ad eccleſiam beate vir ginis·Nihil iuuencula ſuſpicās ma li iuit cum ea:Et cum ante portaz ci uitis tranſiret vt p̄ordinauerat vetu la trahitur iuuencula·et rapit̄ in cō⸗ claui·et ibidem anguſtiat̄ ad cōſen tiendum diuiti·Ad aures igitur ve tule ſe inclinauit iuuencula dicens· Mihi cotigit iuxta cōſuetudinem fe minarū·Nunc ergo liberes me·ſpō deo cras reuerti·Vadit ad domū.et preparauit de vicinis tres fortes fe⸗ minas cum ſcobis·et veniente vetu⸗ lam percutiunt vſq̄z ad ſanguinis effu ſionem·Audiunt cuncti quid ſit fa⸗ ctum:et in magna gloria ⁊ fama iu uēcula extollit̄ Septimo habz fieri donādo vt cum quis alicui pſone ali quod donum vel clenodiū dat.ea in⸗ tentione vt ſic eam ad malam cōcu⸗ piſcentiā et actū inclinet·Talis ſic dans ſibi·ſiue ſit p̄ nouo anno·ſiue p̄ alio tēpore·peccat mortaliter pro mala intentione Ymo mechanicus q̄ preparat vel vendit tale clenodiūz qui ſic certitudinaliter ſcit eos velle abuti:reus eſt illius peccati·Inſup nūcius qui eſt mediator illarum p⸗ ſonarum·et omnes tales recipiētes tenent̄ ad reſtitutionem·Si cleric⁹ fuerit et dederit de bonis eccleſie vel monaſterij.tenetur reſtituere mona ſterio·⁊ ſi habeat vxorez tenet̄ reſti tuere vxori Sic pariformiter ſi mu lier dederit aliquid viro alteri·tenet̄ reſtituere niſi dederit de bonis pa⸗ ternalibus amaſio ſuo Si autē mu lier eſt ſoluta et ſui iuris·et dederit a maſio aliquid de rebus proprijs·li cet honeſtuz ſit q̄ illud expendat in pias cauſas·non tñ credo q̄ teneat̄

miſi velit· Poterit tamen etiã mi reſti
tuere ei qui dedit qḋ meli⁹ videtur
ſi peniteat. Octauo habet fieri cantã
do et cantica ſecularia de amore car
nali cõponẽdo· De hoc nota ſupra in
quarto precepto de cantu in primo
menbro

PEccãdi ſunt q̄ peccant ↄtra
illud p̄ceptũ q̄ viuũt in a
more carnali· qui hereos
dicũt· Jlle amor totaliter
amorem diuinũ excludit dicẽte dño
math· vi· Nemo p̄t duob⁹ dñis ſer
uire. Aut vnũ diligit aut aliũ odit·
Igit̄ vulnerati tali amore deũ dili=
gere nõ p̄nt. exẽplo vaſis· Dicit au=
guſtin⁹. Si inq̄t habitat i te amor
mũdi: vas es et plenus es· Effunde
qḋ habes· et recipies qḋ nõ habes·
Effũde amorẽ ſeculi vt recipias amo
rem dei· Et cyp̄an⁹ de duodecim ab
uſionibus dicit. Mũdi amor inquit
et dei: pariter i vno corpe habitare nõ
poſſunt· queãdmodũ oculi noſtri ce=
lum et terrã nequaq̄ ſimul cõſpiciũt
Igit̄ qui tali fedo amore hereo vul
neratus atq; cecatus eſt nũq̄ poteſt
xp̄o ſeruire: ſed diabolo De hoc amo
re loq̄tur Jeronim⁹ in quadã ep̄la
dicens· O ignis infernalis· cui⁹ ma
teria gula: cuius flãma ſupbia· cui⁹
ſcintille feda colloquia: cuius cinis
infamia: cuius finis gehenna· Hec
Jero· De hoc etiã frãciſc⁹ petrarcha
li· p̄mo de re· vẽ· for· c· lxix Eſt enĩ ta=
lis amor inq̄t latẽs ignis, gratũ vul
nus· ſapidũ venenũ· dulcis amaritu
do· delectabilis morbus· iocũdũ ſup
plicium· blãda mors· Hec ille· Ibidẽ
Libidinem amorẽ dicitis. Jllũ coli=
tis· illũ nephãda ſcientia deum faci
tis· vt p̄bra veſtra qui vix celum re=
git excuſet· Jlli deo veſtro aras erigi
te et thura porrigite ne cũ vos ad ce
lum vehit· vnus vero celi deus illuz
et vos trudat in tartaruz· Hec ille·
Hic quatuor ſunt dicenda de illo a
more hereo Primo de eius ortu et cau
ſatione· Secũdo de eius ſignis et co
gnitione· Tercio de eius p̄iculo et cõ
fuſione· Quarto de ei⁹ cura et remo
tione· Primo de eius ortu et cauſatio
ne· De hoc recitat bernardus de gor
donijs dicens. ꝙ paſſionis hui⁹ cau
ſa eſt corruptio eſtimatiue ꝓpter for
mam et figurã affixã· Vnde cum ali
quis captus eſt in amorẽ alicuius
mulieris: ita fortiter concipit formam
mulieris illi⁹ et modũ· ꝙ credit et o
pinat̄ hanc mulierẽ pulchriorẽ ma
gis caſtã· venerabilẽ· ſpecioſam· me
lius doctã in naturalib⁹ et moralib⁹
ꝙ aliquã aliarũ· Ideo ardentius cõ
cupiſcit eã ſine mõ et mẽſura opinãs
ſi poſſit finẽ attingere ꝙ hoc eẽt ſua
felicitas· et beatitudo et intantũ cor=
ruptũ eſt iudiciũ rationis ꝙ cõtinue
cogitat de ea· et dimittit omnes ſu=
as operationes. Jta ꝙ ſi aliquis lo=
quat̄ cum ipſo vix intelligit aliqua
alia· Et quia eſt in cõtinua medita=
tione. Ideo melancolica appellatur
Et hereus dicitur quaſi heroes id eſt
nobilis· quia nobiles propter delici
arũ affluẽtiã iſtã paſſionẽ cõſueuerũt
incurrere et intm̃ concupiſcũt ꝙ inſani

efficiuntur. Juxta illud ouidij. A tra
be sublimi: triste pependit onus. Ju
dicium etiam ipſorum corruptū eſt.
Jdeo dicebat verſificator. Omnis a
mans cecus: nō eſt amor arbiter e
quus. Nam deforme pecus: iudicat
eſſe decus. Et alibi. Quiſqs amat ra
nam: ranam putat eſſe dyanā. Jdeo
diffinit eam ibidem dicens. Amor q̄
heros dicit̄ eſt ſolicitudo melācolica
ꝓpter mulieruꝫ amorem. Vel eſt mē
tis inſania. qua animus vagatur p̄
inania: crebris doloribus pmiſcens
gaudia. Et vt frequenter magis ve
nit viris q̄ mulieribus. ꝓ tanto. q2
viri ſunt calidiores. ⁊ vniuerſaliter
femine frigidiores Et hoc ptꝫ in ma
ſculis brutorum. qui cum furia ⁊ im
petu mouētur ad coitum implendū
Nunc aūt viri. q2 calidiores ſunt.
ideo in coitu ardentius delectantur:
mulieres aūt extenſiue plus. q2 in ſe
mine viri et in ſemine ꝓprio. Dubi
tatur vtrum talis amor magis cōſi
ſtit in cōcupiſcentia delectationis q̄
ſm tactū eſt q̄ ſm viſum. Reſpōdet
ꝙ magis ſm tactū. q2 magis dele
ctat̄ tangere q̄ videre. Jn cōtrariū ē
ariſtotiles nono ethicoꝝ q̄ dicit ꝙ
magis eligūt ſe videre. ergo magis
cōſiſtit in viſu q̄ tactu Reſpōdet ma
giſter henricus de vrimaria ſup. ix.
li. ethicoꝝ dicens ꝙ iſte amor ma
gis cōſiſtit in delectatione que eſt cir
ca viſum. q̄ que eſt p̄ tactum Quod
duplici rōne ꝓbatur. Prima eſt ꝙ
in illius ſenſus delectatōne maxime
ꝯſiſtit ille amor p̄ cuius actum gene
ratur. nutrit̄. et augetur. Sed ille a
mor maxime generatur p̄ viſum. qđ
patet. tum q2 nullus amat aliquid
niſi eius ſpecie fuerit delectatus. vt
dicit ariſtotiles vbi ſupra. Tum etiā
q2 ille amor cauſatur p̄ iudiciū eſti
matiue. que p̄ ipſa ſenſata iudicat de
nō ſenſatis. Viſus aūt ſolus plures
delectationes cōfert concupiſcētie et
magis efficaciter imprimit q̄ tact9
vel omnes alij ſenſus. Tum etiā eſti
matiua magis capit ex viſu q̄ ex ta
ctu. Sequitur ꝙ ille amor magis
cōſiſtit in delectatōne ſenſus viſus q̄
tactus: Secunda rō eſt. q2 in illa de
lectatōe magis cōſiſtit ille amor p̄
quam maxime cōſeruat̄. Sed hoc ē
p̄ viſum. Per illuꝫ enī amor ille ma
xime cōſeruatur ſicut et generat̄ Jn
de eſt vt dicit auicēna. ꝙ quedā mu
lieres viris ſe vehementer amātibꝫ
coitum negāt ne in earuꝫ amore cor
rumpantur aut deficiāt. Tercio vi
ſus eſt naturaliter purior. ſpūalior
et nobilior. Jō efficacior eſt ad cau
ſandum illū amorē q̄ ſenſus tactus
Jdeo dicit martin9 in cronica ſua ꝙ
anno dn̄i centeſimoprimo fuit fau
ſtina anthonij pij filia. vxor marci
āthonij Que cū vidiſſet gladiator
res duos pugnare exarſit in vnū. et
cū ꝓpter eū lāguere cepiſſet. viro ſuo
marco anthonio cauſam languoris
manifeſtauit. Qui per conſiliū me
dicorum chaldeorū ipm̄ gladiatorē
fecit interfici et ſanguine illius. fau
ſtine corp9 perungi Quo facto tēpta
tio et infirmitas ceſſauit. Hec mar
tinus. Dubitatur ſecundo vtrum me
lius ſit amare vel amari. Reſpondet

henricus de vrimaria ſuper octauū
librum ethicoꝝ allegans ibidem a-
riſtotilem ꝙ melius ſit amare q̃ a-
mari. ꝓbans hoc ex dictis eiuſdem
phi ariſtotilis in ſecūdo libro mo-
raliū tripliciter rōne. Primo. qꝛ amare
importat actū nobiliſſimum et dele-
ctabiliſſimū ipſius amātis. Amari
autem nullum actum amati impor-
tat: ſed potius quādam paſſionem
Conſtat aūt ꝙ actio ſimpliciter eſt
perfectior paſſione. Secundo quia
ſicut noſcere eſt melius q̃ noſci. Ita
amare eſt melius q̃ amari. Añs ꝓ
batur per hoc. quia noſcere et amare
ſolum eſt in animatis. cognoſci aūt
et amari cōuenit etiam inanimatis.
Tercio: quia eſſe benefactiuum eſt
ſimpliciter melius eo qđ non eſt be
nefactiuū: ſed amans inquantū hu-
iuſmodi eſt benefactiuus: amatus ve
ro inquantum huiuſmodi nō eſt be
nefactiuus. Ergo amare ſimpliciter
et ſm ſe eſt melius et pfectius q̃ʒ a
mari. Et ibi abundātia eſt quedam
vt ibidem dicit phus. Semper enim
quod amatur ſupabundat aut diui
cijs aut virtute aut pulchritudine.
et quia amator bonoꝝ ſuperabun-
dantiam deſiderat. Quarta ratio eſt
quia amare certum eſt in amato a-
mari dubium eſt. Hanc tangit fran
ciſcus petrarcha libro p̄mo de re. vt.
for. Reſpondit diſcipulo ſuo dicenti.
Amo vt viciſſim amer. Reſpōdit. Pri
mum noſcere poteſt. Secundum in
ambiguo eſt niſi forte nocturnū mu
lierculaꝝ murmur in teſtimoniū

trahbat. Sequitur. O inſanie. Nihil
vnq̃ impudice preſertim femīe cre
das. Natura ſexus. Ardor. leuitas. cō
ſuetudo mentiendi. fallendi ſtudiū.
fructus fallacie. Hec ſingula multū
qʒ maxime. Hec omnia quicq̄d illi
us ore ꝓdierit ſuſpectū faciūt. Hec
ille. Si enī dicunt ſe diligere viruꝫ
diligūt eum in ea parte qua pera pē
det. Exemplum huius patet. Fuit q̄
dam iuuenis laſciuus qui cordialis
ter dilexit duas amaſias intantū ꝙ
omnia bona ſua cōſumpſit cum illiſ
preter vnam dyploidem. Omnibus
his bonis dilapidatis: compulſus fue
rat fugere a ciuitate pre verecundia.
Tunc vna illarum cepit flere fallaci
ter de fuga et receſſu dilecti. Illa re-
darguta ab alia. cur fles inquit. te
ge oculos tuos cito habebis alium
Reſpōdit ei. Si vis ſcire cur lugeo
Reſpondit. Cupio ſcire. Et illa. Plā
go et doleo: qꝛ illam dyploidem no
uam ſecum portat incōſumptam nō
biſcum Hoc fit omnibus iuuenibꝫ
exemplū vt quando plangūt amaſie
hoc faciūt ꝓpter dyploidem incōſum
ptam. Non enī diligunt pſonam ſꝫ
burſam. Secūdo dicendum eſt de ſi
gnis dilectionis et amoris. De qui
bus dicit ibidem auctor lilij medici-
ne vbi ſ. Signa ſunt inquit quan
do amittunt ſompnum. cibum potū
et macerantur per totum corpus. pn
cipaliter tamen oculi pfunduntur ꝛ
habent cogitationes occultas et pro
fundas cum ſuſpirijs luctuoſis. Et
ſi audiunt cantilenas de ſeperatione

amoris: ſtatī icipiūt flere et triſtari
Si aūt audiunt de coniunctione amo
ris: ſtatim incipiunt ridere ⁊ cantare
Pulſus eī eorum eſt diuerſus ⁊ in
ordinatus: ſed velox. frequens et al
tus Et ſi mulier quam diligit nomi
natur aut ſi tranſeat coram eo· ſta=
tim pulſus eius erit velox· Et ꝑ hūc
modum cognouit galienus paſſio=
nem cuiuſdam iuuenis· Patiens eī
erat in lecto triſtis et macilentus et
pulſus eius erat occultus et inordia
tus ⁊ nolebat galieno reuelare Tūc
accidit a fortuna ꝙ mulier quā dili
gebat coram eo tranſiuit ⁊ tunc fuit
ſubito fortiter excitatus. Et cum mu
lier tranſiuiſſet pulſus eſt cōuerſus
ad naturam primā· Et tunc galienꝰ
cognouit ꝙ philocaptus erat· et di
xit patienti· Tu es in tali paſſione·
quia talem diligis mulierez Et alter
fuit admiratus cum ꝯgnouiſſet paſ
ſionem et mulierem· Hec in primo
prenoſticorꝫ· Et ideo ſi aliquis vult
ſcire nomen mulieris· quam diligit
nominet ſibi multas· et cum nomi=
natur illa quam diligit ſtatim pul
ſus excitabit· Illa eſt. Fugiatis ab
ea· Hec ille· Tales etiam ꝓpter a=
mati abſentiam ſepius infirmātur
Vt canticorum. ij· Fulcite me floribꝫ
ſtipate me malis· quia amore lan=
gueo. Cuius patet exemplū in amō
filio dauid ꝓpter ſororem ſuam tha
mar quaꝫ ipſe corrupit ſimulans ſe
infirmū· ⁊ poſtea eam cognitam ab
iecit· ſecundo Regum decimotercio·
Sed quidam excuſant ſe dicentes·
ꝙ nō carnaliter ſed ſpiritualiter ſe
amant· Contra quos ſunt ſigna a=
moris carnalis et ſpiritualis· Pri=
mum ſignum eſt· quia qui diligunt
ſe carnaliter ſemper loquuntur va=
na ⁊ ociosas fabulas quādo ſunt mu
tuo et maxime de carnali dilectōne
ſcḋm illud mathei duodecimo Ex abū
dantia cordis os loquitur· Et quan
tum ipſe eam diligit et ecōtra. ita ꝙ
ad huiuſmodi colloquia non ſuffici
unt hore et dies ⁊c̄· Sed ſpirituali
ter ſe amantes ſemper loquuntur de
